ACTA ITALICA

16

ACTA
IN CONSILIO SECRETO
in castello Portæ Jovis
MEDIOLANI

a cura di
ALFIO ROSARIO NATALE

TOMO TERZO
(1 gennaio 1479 - 20 luglio 1479)

PER I TIPI DELL'EDITORE DOTT. ANTONINO GIUFFRÈ
MILANO * MCMLXIX

LA
FONDAZIONE ITALIANA
PER LA STORIA AMMINI-
STRATIVA, ENTE MORALE,
È STATA COSTITUITA
DALLA CASSA DI RISPAR-
MIO DELLE PROVINCIE
LOMBARDE CON L'ADE-
SIONE DEL MINISTERO
DELL'INTERNO, DEL
COMUNE E DELLA
PROVINCIA DI MILANO

ACTA ITALICA

RACCOLTA DI DOCUMENTI

SULLA

AMMINISTRAZIONE PUBBLICA

IN ITALIA

DAL MEDIOEVO ALLA COSTITUZIONE

DELLO

STATO NAZIONALE

PUBBLICATA DALLA

FONDAZIONE ITALIANA

PER LA STORIA AMMINISTRATIVA

E DIRETTA DA

GIANFRANCO MIGLIO

16

MILANO: Principato Sforzesco (1450-1535)

B I

ACTA ITALICA

MILANO: Principato Sforzesco (1450-1535)

SERIE **B**: AMMINISTRAZIONE CENTRALE

DIVISIONE **I**: GENERALE

ACTA
IN CONSILIO SECRETO
in castello Portæ Jovis
MEDIOLANI

a cura di
ALFIO ROSARIO NATALE

TOMO TERZO
(1 gennaio 1479 - 20 luglio 1479)

PER I TIPI DELL'EDITORE DOTT. ANTONINO GIUFFRÈ
MILANO * MCMLXIX

‹Tabula repertoria actorum secretorum
quae hoc
in libro registrata sunt›.

‹Tabula repertoria actorum secretorum quae hoc in libro registrata sunt, videlicet›:

[a] *Parzialmente corr.* [b] *Su raschiatura.* [c] *Segue* 12 *cancell.* [d] *Parzialmente su raschiatura.*
[e] *Al capoverso seguente* de. [f] A *corr. su* S. [g] *Corr. su* balistariis.

ACTA IN CONSILIO SECRETO MEDIOLANI

IESUS

p 25

Millesimoquadringentesimoseptuagesimonono
die prima mensis januarii, de mane.

Habitus est Senatus in camera in qua prius exercebatur Cancellaria, sita prope lodiolam demissiorem in castro Porte Jovis Mediolani, quę nunc dicata est Consiliis quotidianis. Congregatis in ea Senatoribus infrascriptis, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
d. Palavicino,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Azone Vicecomite,
d. Orpheo de Ricavo,
d. Petro Landriano,
d. Cicho Simonetta.

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Jo. Jacobo Symonetta

Francisco Ritio, cancellario.

In quo quidem Senatu fuerunt lectę littere Gubernatoris Exercitus Belinzonę circa necessaria ad illam impresiam et deffensionem illorum locorum ab insultibus Svyciorum[1]; et fuit conclusum quod fiant opportune provisiones.

Item, super supplicatione Bartholomei Rossetti de Antigorio, qui, provocatus, interfecit Antonium, filium Jacobi Rodolfi, et petit sibi gratiam et remissionem fieri, attento quod invitus et provocatus commisit tale homicidium et quod habet pacem ab offensis et quod tota illa Vallis intercedit pro eo tanquam pro fideli servitore Status illustrissimorum Principum nostrorum, fuit conclusum quod ei fiat gratia et remissio liberalis de dicto homicidio et de omni poena etc.

1. Dopo la battaglia di Giornico, Bellinzona resistette validamente. Gli Svizzeri l'occuperanno alla caduta del Moro. La dedizione di Bellinzona porta la data del 14 aprile 1500.

Die II[a] januarii 1479, de mane.

Habitus est Senatus in camera, ut supra, congregatis Senatoribus infrascriptis, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
d. Palavicino et
p. 26
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Orpheo de Richavo,
d. Petro Landriano,
d. Cicho Simonetta.

D. Johanne Simonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonetta

Francisco Ritio, cancellario.

In quo quidem Senatu fuit conclusum quod Julianus de Magnario mittatur commissarius Belinzone cum provisione XXV florenorum mense quolibet, et habeat etiam Potestariam dictę terre cum suis emolumentis[2].

Eodem die, post prandium.

Fuerunt auditi Nuncii Comunitatis Valentie, conquerentes de nimio onere salis et de insupportabilibus exactionibus, quae fiunt per agentes nomine Ducis Barri; ideo petunt diminui summam salis et provideri ne graventur preter solitum huiusmodi exactionibus; fuit conclusum quod eorum petitiones et littere remittantur Magistris, qui provideant, ut eis videbitur.

Fuit etiam conclusum quod comiti Johanni Ruschę restituatur ille captivus de sua jurisdicione, quem Johannes Advocatus detineri fecit, ne fiat prejudicium suae jurisdicioni, cum hoc quod ipse Comes eum juxta eius demerita puniat.

Die III[a] januarii 1479, post prandium.

Congregatis, ut supra, Senatoribus infrascriptis, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
d. Cicho Simonetta,
d. Petro de Landriano,

2. Corr. Julianus de Mayneriis, il quale nominato il 7 gennaio, assunse la carica il 20 seguente.

d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Azone Vicecomite.

D. Johanne Simonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
5 d. Jo. Jacobo Symonetta

Filippo Ferrufino, cancellario.

Circa petitionem hominum Clavene de remissione census, ordinatum fuit quod remittatur medietas ipsius pro anno presenti 1479; que medietas est libre trecentequinquaginta imperialium. p 27

10 Super supplicatione Johannis Petri de Pusterla, ducalis provisionati, petentis ei subveniri de aliquibus pecuniis ut recedere possit a loco Spedie, ubi fuit vulneratus pro Statu, ordinatum fuit quod ei subveniatur de octo usque in decem ducatis, qui dentur ei dono. Per Franciscum Ricium

Super supplicatione Christofori Beltrami et Johannis Antonii de Carcano, 15 petentium concedi sibi ut possint fieri facere tectum et solaria cuiusdam turris, quam habent in terra Vertemate, Episcopatus Comi, fuit conclusum ut concedatur quod possint refieri facere tectum et solaria dicte turris solummodo et non aliud, nec fortificando aliter dictam turrim.

Die IIII[a] januarii 1479, de mane.

20 Habitus est Senatus, ut supra, congregatis Senatoribus infrascriptis, videlicet:

d. Palavicino ex Marchionibus Palavicinis,
d. Cicho Simonetta,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Orpheo de Richavo,
25 d. Petro de Landriano,
d. Azone Vicecomite.

D. Johanne Simonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Jo. Jacobo Simonetta

30 Francisco Ritio, cancellario.

In quo quidem Senatu fuit auditus d. Guilielmus de Blandrate, nuncius il. d. Marchionis Montisferrati, qui, lectis litteris ipsius d. Marchionis, fecit convenientem justificationem de infamia iniecta ipsi d. Marchioni per Legatum Bononiensem: quod sit conductus ad stipendia Pontificis et regis Ferdinandi

etc.; quam justificationem acceptaverunt ipsi Consiliarii, quia ex omni parte declaravit talem infamiam esse falsam; et quod prefatus d. Marchio est studio-
p 28 sissimus honoris et Status Principum nostrorum, ut semper fuit; et ita fuit dictum pro responsione ipsi d. Gulielmo quod non creditur aliqua sinistra relatio de prefato domino Marchione, et litterę per eum scripte ad XVI Viros 5
Balyę Bononię super hac re mittentur.

Fuerunt deinde auditi d. Zacharia de Pisis et Antonius Donatus, nuncii d. Marchionis Mantuę, qui sollicitarunt duo, videlicet: solutionem assignationum XXVIm. librarum, quę debentur dicto domino Marchioni pro suo stipendio; et, ulterius, quod subveniatur de Xm. ducatis pro mittendo in ordine 10
copias suas, ut requisitus fuit pro eundo in Lunensem contra inimicos huius Status; fuit eis responsum quod dicte assignationes exigantur et satisfiat quantum poterit ipsi domino Marchioni de dictis XXVIm. libris imperialium. De subventione Xm. ducatorum, fuit dictum quod pro presenti fieri non potest et non est necessaria, quia dictus d. Marchio non habet stare in ordine pro eundo in Lu- 15
nensem, sed stare debet ordinatus cum illa quam habet societatem pro subveniendo huic Statui, si casus evenerit in Parmensi, aut in aliqua alia parte huius Status. Et, tunc, si quid erit necessarium, fiet prout expediens videbitur.

Eodem die, post prandium.

Congregatis, ut supra, Senatoribus infrascriptis, videlicet: 20

rev. d. Episcopo Comensi,
d. Palavicino,
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Petro de Landriano, 25
d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Simonetta 30

Francisco Ritio, cancellario.

Fuit auditus d. Lucas Grimaldus, ducalis consiliarius, qui nomine Consilii in Curia, exposuit quod Deputati super Sanitate protestati sunt non velle amplius exercere officium propterea quod male satisfit eis a Cancellariis et quia non permittitur fieri officium etc. Ideo dicti Consiliarii exhortantur quod vo- 35
p 29 centur huc dicti Deputati et moneantur ad faciendum officium per quatuor

adhuc menses; et ex nunc eligantur eorum successores qui isto interim una cum eis discant exercere officium, et quod de Cancellariis providebitur opportune; cui fuit responsum quod vocabuntur huc dicti Deputati et fiet quantum ipse memoravit, interim ipsi domini de Consilio Secreto eligant successores in dicto
5 officio.

Item, dixit idem d. Lucas quod Januenses conqueruntur de gualdis retentis a comite Petro de Verme; super qua re fuit conclusum et dictum ser Petro de Fano, cancellario dicti comitis Petri de Verme, quod scribat ad ipsum comitem Petrum ut omnino restituantur dicta gualda, et ipse significet hic quinam sint
10 hi, qui eius res et bona abstulerunt in expeditione Januensi, quia scribetur Januam, ut provideatur ei de opportuna satisfactione.

Super litteris Johannis Antonii de Belcredo, potestatis Arene, continentibus de unione facta in domo Raymundi Manfredi et Johannis Petri de Becharia etc., conclusum quod committatur Commissario Papię quod debeat mittere
15 Judicem suum Maleficiorum cum sex sociis Arenam ad capiendum Notarium qui fecit instrumenta etc.; et etiam videat habere scripturas ipsius Notarii et deinde, sumptis informationibus, postea faciat jus et secundum decreta contra dictos culpabiles etc.

Per Alexandrum Collettam

Item, fuit conclusum quod omnino [a] mittatur [b] Belinzonam Julianus de Ma-
20 gneria pro potestate et commissario dicte terre cum plena auctoritate et cum salario quatraginta florenorum, computatis XIII florenis, qui solvuntur a Comunitate Belinzonę, ita quod illustrissimi Principes nostri suppleant de XXVII florenis, declarato quod provisio duodecim ducatorum, quam habet de presenti prefatus d. Julianus cesset. Et fuit commissum ut fiant littere pro uno anno in-
25 cepturo die XX presentis mensis januarii, et deinde usque ad beneplacitum illustrissimorum Principum nostrorum.

Fuit etiam conclusum et ordinatum quod omnino reparetur pons Placentię et omnibus detur potestas transeundi per illum, sed imponatur aliquod pedagium; et quicquid ex dicto pedagio exigetur, expendatur in reparatione et
30 conservatione dicti pontis.

p 30

Die V[ta] januarii 1479, post prandium.

Congregatis, ut supra, Senatoribus infrascriptis, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
d. Palavicino,
35 d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,

[a] *Nel testo* omnia [b] *Nel testo* mittantur

d. Petro de Landriano,
d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Simonetta.

D. Johanne Simonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis. 5
d. Johanne Jacobo Simonetta

Francisco Ritio, cancellario.

Fuit facta examinatio et consultatio super reformatione Consilii Antianorum Civitatis Parmę pro anno presenti 1479; et fuit conclusum quod dictum Consilium sit secundum listam infrascriptam et, ex nunc, mittatur ad Gubernatorem Parmę, ut illud imbussulet, nihil addendo, minuendo, vel muttando, 10 et extrahatur prima mutua pro tempore consueto, incipiendo a Calendis januarii presentis; et sic procedatur de mutua in mutuam, juxta consuetudinem.

Lista Consilii Antianorum Comunitatis Parmę, videlicet, primo: 15

Pro Squadra Palavicina:

d. Lodovicus de Baldachinis,
d. Ludovicus de Cornazano,
d. Jo. Jacobus de Arzonibus,
d. Leonardus de Cerratis, 20
d. Jo. Antonius de Berneriis,
d. Jo. Adigherius de Cornazano,
d. Matheus de Jemis,
d. Matheus de La Rosa,
d. Troylus de Acciis, 25
d. Fabricius de Antinis,
d. Jacobus de Bonzanis,
d. Jo. Franciscus de Granellis,
d. Jacobus de Buchis,
d. Bartholomeus de Casola, 30
d. Franciscus de Baldachinis,
d. Galienus de Cagaferris,
d. Antonius de Pullis,
d. Hugolinus de Rangonibus,
d. Johannes Franciscus de Valeriis, 35
d. Metellus de Pizamatis,
d. Jo. Franciscus de Busseto,
d. Andreas de Tacholis,

d. Christoforus de Romanis,
d. Petrus de Anghinulfis,
d. Carolus de Cimalovis,

Johannes de Cornazano cancellarius.

5 Pro Squadra Rubea: p 31

d. magister Bartholomeus de Anselmis,
d. Aloysius de Borris,
d. Jo. Andreas de Zandemariis,
d. magister Phylippus de Genesiis,
10 d. Gaspar de Zambinis,
d. Petrusantonius de Centonibus,
d. Ambrosius de Zandemariis,
d. Gaspar de Cavirano,
d. Hilarius de Carissimis,
15 d. Blasius de Bajardis,
d. Petrus de Bravis,
d. Marchus de Cassinariis,
d. Julianus de Zontis,
d. Petrus Benedictus de Zandemariis,
20 d. Bartholomeus de Caruschonibus,
d. Lodovicus de Tenchonibus,
d. Johannes Jacobus de Borgarellis,
d. Franciscus de Bichis,
d. Jacobus de Peguliis,
25 d. Gabriottus de Luschis,
d. Marchus de Garimbertis,
d. Bartholomeus de Ayano,
d. Gaspar de Blondis,
d. Thomas de Bilianis,
30 d. Baldassar de Nerono,

Jo. Petrus de Vaghis cancellarius.

Pro Squadra Ducali:

d. magister Phylippus de Badalochis,
d. Jacobus de Zabolis,
35 d. Sebastianus de Berguntiis,
d. Gaspar de Plaza,
d. Zenesius de Nazariis,
d. Brunorius de Lalatta,

d. Guielminus de Colla,
d. Galeottus de Cantellis,
d. Gerardus de Catablano,
d. Augustinus de Ruberiis,
d. Alexander de Fulchinis, 5
d. Nicolaus de Andriotiis,
d. Angelus de Bazanis,
d. Alexander de Bergunciis,
d. Marchus de Balisteriis,
d. Desiderius de Grossis, 10
d. Gulielminus de Ricordatis,
d. Gabriel de Burciis,
d. Antonius Andreas de Runcho,
d. Nicolaus de Ruberiis,
d. Simon de Manziis, 15
d. Phylippus de Pelentiis,
d. Jacobus de Cernitoribus,
d. Johannes Martinus de Sale,
d. Jacobus de Ferris,

Lodovicus de Boninis cancellarius. 20

Pro Squadra de Sancto Vitali:

d. Bartholomeus de Gabrielis,
d. Lodovicus de Taiaferris,
d. Gaspar de Suio,
d. Nicolaus de Ambrosianis, 25
d. Berthonus de Palmia,
d. Franciscus de Cassio,
d. Paulus de Ferraria,
d. Jacobus de Colbenis,
d. Blasius de Saccha, 30
d. Bernabeus de Plumbo,
d. Petrus Antonius de Bottinis,
d. Gerardus de Ritiis,
d. Petrus de Tempestinis,
d. Marchus de Accursiis, 35
d. Paulus de Paniciis,
d. Bartholomeus de Ursiis,
d. Aloysius de Observario,
d. Angelus Maria de Borronibus,

d. Lazarus de Cuzola, p 32
d. Bartholomeus de Musachis,
d. Nicolaus de Zangrandis,
d. Johannes de Malgariis,
5 d. Jacobus de Maceriis,
d. Luchas de Buys,
d. Christoforus de Pisanis,

Galasius de Leonibus cancellarius.

Item, fuit conclusum quod comes Albertinus de Mutina remittatur illustris-
10 simo Duci Ferrarie cum facultate quod ipse comes Albertinus conduci possit ad stipendia cuiuscumque Principis, Potentatus et Capitanei, modo non sit inimicus illustrissime Lige nostrę.

Die VI^a januarii 1479.

Congregatis, ut supra, Senatoribus suprascriptis.

15 Fuit conclusum quod Facius Galleranus vadat Lucam cum instructione ei mittenda pro conservanda illa civitate ad devotionem et propositum illustrissime Ligę nostrę, una cum Oratoribus veneto et florentino ac ferrariensi, qui illic erunt pro eodem effectu; et dicta instructio ei danda fuit lecta in dicto Consilio ac emendata et comprobata.
20 Item, fuit commissum Christoforo de Cambiago, ut faciat minutam litterarum scribendarum Commissario Placentię et comitibus Jacobo Christoforo et Johanni de Scottis pro occupatione Vigoleni, quem locum debeant ipsi Comites in pristinum restituere et venire Mediolanum, quia providebitur ut juris erit etc. Et quod ipse Christoforus Cambiagus cras ostendat hic dictas minutas ut compro-
25 bate expediantur.

1479 die VII^a januarii, de mane.

Habitus est Senatus, ut supra, congregatis Senatoribus infrascriptis, videlicet:

rev. d. Episcopo Comi,
30 d. Palavicino,
d. Cicho Simonetta,
d. Jo. Jacobo de Trivultio,

d. Petro de Landriano,
d. Azone Vicecomite.

D. Johanne Symonetta } secretariis.
d. Bartholomeo Chalco }

Francisco Ritio, cancellario. 5

p 33 Super supplicatione Florismargarittę, uxoris domini Hugonis de Sancto Severino, petentis restitui possessionem Sommi, aut levari suspensionem factam per litteras ducales de lite mota per eam contra heredes q. d. Tristani, occasione dicte possessionis, fuit dictum d. Bartholomeo Chalco quod dictam supplicationem legat illustrissime Dominę nostrę et similiter legat aliam supplicationem 10 porrectam nomine domini Ugonis[a] predicti.

In negocio heredum d. Baptiste Spinulę, conclusum fuit quod ipsis heredibus convenientibus cum Principe Salerni[3], si cum eo concordes erunt, detur eis feudum Bregnani et Frascate; et quod scribatur Principi nomine illustrissimorum Principum nostrorum, hortando eum, ut ad compositionem cum ipsis heredibus 15 veniat.

Eodem die, post prandium.

Congregatis hisdem Senatoribus et Secretariis, ut supra, vocatisque:

d. Antonio de Bexana,
d. Leonardo de Parma, 20
d. Hyeronymo de La Cruce, ex ducalibus Deputatis super ordinibus bladorum, fuit conclusum quod, pro certis dignis respectibus, ipsi Deputati teneant clausam tractam bladorum de agro Placentino, maxime ne exportentur blada ad usum inimicorum etc.

Item, fuit conclusum quod Johannes de Blaxia, qui est deputatus ad custodiam 25 illius loci et ad inhibendas fraudes, removeatur et dentur Laurentio de Reate pro illa custodia duodecim pedites, pro quibus sufficient ducati duo pro quolibet ipsorum, mense quolibet.

D. Johannes Baptista de L'Anguillaria exposuit qualiter molestantur terre suę et ideo desiderat mittere illuc filium suum ne frater suus, qui vult ire Romam, 30 comittat aliquam malignitatem.

Item, petiit quod detur filio suo provisio quatuorcentum ducatorum.

[a] *Segue* p *cancell.* [b] *Segue* in Jan *cancell.*

3. Felice Orsini.

Item, quod si debet equitare in Lunensem detur aliquod subsidium pro balisteriis equitantibus, quos habet secum.

Item, petiit dari sibi aliquam conductam peditum; item, dari aliquod beneficium fratri suo, militi Sancti Johannis. p 34

5 Fuit conclusum quod expediantur in Lunensem infrascripti, videlicet:

el signore Johanbaptista	coraze 100,
Balzarino da Lode	coraze 40,
Piero da Corte	coraze 40,
Antonello da Nania	coraze 40,
10 Serapto da Pontremulo	coraze 30,
Saltamachia	coraze 25,
Francisco da Compiano	coraze 25.

Balestrieri da piede

Orlando da Montezago	coraze 25,
15 Coraza da Paterno	coraze 25,
Jacomo da Battaglia	coraze 25,
Zanino da La Rocha	coraze 25.

Balestrieri da cavallo

De quelli de Johanne da Verona	balestre 25,
20 de quelli de Zentilino	balestre 14,
de quelli del signore Johanne Conte	balestre 20,
de messer Guido Rosso	balestre 20.

Fuit dictum Christoforo de Cambiago, ut referat in Consilio Secreto quod provideatur accipi pro Camera terram et arcem Vigoleni, sine prejudicio jurium 25 partium; et hoc ut sine strepitu fiat[a], removeatur e manibus comitis Christofori et comitis Johannis de Scottis.

Die VIII januarii 1479, de mane.

Congregatis suprascriptis Senatoribus et Secretariis.

Super supplicatione Johannis Bugii et Hieronymi de Crivellis de Parma, 30 petentium non molestari a Comunitate Parmę pro datio pontis Lentię, propter absentiam dicti Hieronymi[b] cum d. Johanne de Comite in serviciis ducalibus, p 35

[a] *Agg. nell'interlineo.* [b] *Segue* pro *espunto.*

fuit conclusum quod scribatur Commissario, ut supersederi faciat per aliquot dies, donec dictus Hieronymus redeat.

Quia homines et Comune Castri Arquatis, propter adversitatem temporum ad paupertatem redacti, exponi fecerunt ingens taxarum equorum onus sustinere se non posse, etiam pene cogi ad relinquendum oppidum predictum, fuit determinatum[a], ut eis remittantur taxe decem equorum, usque ad Principum nostrorum beneplacitum. 5

Fuit etiam auditus dominus Guielmus de Blandrate, orator ill. d. Marchionis Montisferrati, qui petiit sub litteris credentialibus concedi possessionem Preceptorie Sancti Johannis Papie illi de Provana, cui Magnus Magister Rodi concessit; et lecte fuerunt super hac re littere ipsius Magni Magistri[4] etc. 10

Fuit conclusum quod respondeatur Referendario Papie quod, si ille Sanctinus non invenitur culpabilis rerum ablatarum Venetiis per Franciscum Novellinum, debeat ipsum libere relaxare et contra dictum Franciscum procedat secundum justicie dispositionem. 15

Eodem die, post prandium.

Congregatis infrascriptis Senatoribus, etc. ut supra, videlicet:

rev. d. Episcopo Comi,
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino, 20
d. Orpheo de Richavo,
d. Petro de Landriano,
d. Jo. Jacobo de Trivultio,
d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Symonetta. 25

D. Johanne Simonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Jo. Jacobo Simonetta

Francisco Ritio, cancellario.

p 36 Venit magnificus dominus Antonius Donatus[b], orator venetus, et, omnibus comitantibus, admissus est ad illustrissimam Dominam nostram, ubi post salutationes et cerimonias amicas et reverentes exposuit causam sue legationis esse 30

[a] *Corr. su* determinatam [b] *Corr. su* Donato

4. Pietro d'Aubusson † 3 luglio 1503.

ut visitet Principes nostros, eos exhortetur ad inveniendum modum pacificandi Svyceros etc. et ad pacificandam Italiam, per viam Oratorum Francie; quę omnia exposuit gravi et longo sermone, cui illustrissima Domina nostra respondit amice circa generalia, et circa particularia dixit quod consultabit omnia cum
5 Senatu [a], deinde respondebit opportune, declarans optimum animum suum versus illustrissimum Dominatum Venetum et quanti faciat eius prudentissima et amica consilia.

Deinde, redierunt suprascripti Senatores et Secretarii ad locum Consilii; et ibi fuit responsum domino Guielmo de Blandrate, oratori Marchionis Monti-
10 sferrati, ad ea, quę hoc mane petiit circa Preceptoriam Sancti Johannis Papię, quod illustrissimi Principes nostri sunt dispositissimi ad gratificandum prefatum dominum Marchionem in omnibus, que sint eis possibilia; sed in hoc, ubi agitur de conservatione auctoritatis Dominii et de conservatione suę sancite dispositionis, beneficia huius Dominatus, cuiuscumque generis, non dentur nisi
15 subditis suis et nominatis ab eisdem, non potest satisfieri desiderio prefati d. Marchionis, ne aperiatur via malę consuetudinis etc. et pro hac re scriptum est Magno Magistro Rodi, a quo expectatur responsum, certificando quod non tolerabitur quod ipse Magnus Magister Rodi det beneficia huius Status, nisi nominatis per Principes nostros, quod etiam non toleratur Pontifici.
20 Item, fuit conclusum quod mittatur Saltamachia ad [b] Dondossulam [b] cum peditibus quinquaginta;

et Franciscus de Compiano mittatur Pontremulum cum quinquaginta [c] peditibus;

reliqui omnes Caporales et pedites dimittantur domum [c], ut expectent quous- p 37
25 que aliquid eis scribatur; sed Balzarinus de Laude, Petrus de Curte et Antonellus de Nania expectent hic et cras dicetur eis quid faciendum;

item, quod Alexander de Fulgineo mittat quingentas libras imperialium Belinzonam pro residuo paghe [d] illorum peditum, qui illic sunt;

item, quod mittat denarios pro quinque spingarderiis [e] et bombarderiis, qui
30 sunt Belinzonę [f] etc.

1479 die VIIII januarii, de mane.

Habitus est Senatus, ut supra, congregatis Senatoribus infrascriptis, videlicet:

rev d. Episcopo Comensi,
d. Petro Francisco Vicecomite,
35 d. Palavicino,
d. Johanne Baptista de L'Anguillaria,

[a] *Corr. su* Senatuo [b] *Corr. con ripasso di penna.* [c] *Parzialmente corr.* [d] *Segue* que *cancell.*
[e] *Corr. su* spingardos [f] *Corr. su* Belinzonam

d. comite Marsilio Taurello,
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Petro de Landriano,
d. Azone Vicecomite, 5
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta }
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Jo. Jacobo Symonetta }

Francisco Ritio, cancellario. 10

In quo quidem Senatu fuit ordinatum quod infrascripti mittantur in Lunensem contra ducales rebelles, videlicet:

el signore Jo. Baptista da L'Anguillara	coraze 120,
Zentilino	coraze 120,
Balzarino da Lode	coraze 100,
Piero da Corte	coraze 80,
Serapto da Pontremulo	coraze 48,
Francisco da Compiano	coraze 40.

15

Item, fuit conclusum et ordinatum quod ad hoc ut d.[a] Jo.[a] Baptista[a] de L'Anguillaria vadat bene contentus, ei dentur dono centum ducati[b] ex illis ducentis, quos habuit pro stipendio; et dentur ei denarii pro centumviginti peditibus, computatis XX balisteriis equitantibus, quos habeat ad suum dominium. (p 38) 20

Item, quod eius filio detur provisio ducentum ducatorum in anno, donec durabunt iste turbolentie et ad beneplacitum Principum nostrorum; et quod peditibus ituris cum prefato d. Johanne Baptista dentur lanceę longe, gavettę et sagitte pro balistis. Et hęc omnia acceptavit grato animo ipse d. Jo. Baptista, agens gratias Principibus nostris. 25

Super supplicatione Jo. Francisci Stanghę, armigeri domini Petri Marię Rubei, petentis suspendi causam quam una cum Francisca de Burgo, eius uxore, habet cum Nicolao de Burgo, donec stabit in Parmensi, cum domino Petro Maria in servitio Ducalis Status, fuit conclusum quod ipsa causa suspendatur ad[c] Principum nostrorum beneplacitum. 30

Super petitione Gabrielis de Salina, subditi Ducis Austrie, petentis salvumconductum eundi domum ad partes Alamanias, conclusum quod concedatur dummodo faciat iter per Vallemtellinam, tam in eundo quam in redeundo, aut per Vallem Clavennę. 35

[a] *Su raschiatura.* [b] *Corr. su* ducatis [c] *Nel testo* ab

Eodem die, post prandium.

Congregatis, ut supra, Senatoribus suprascriptis.

Super litteris Commissarii Papie, responsivis de imbreviatura mandati, habita a Notario Arenę, facta per multos nobiles contra Potestatem, conclusum
5 quod committatur ipsi Commissario quod, si non reperit talem procuram factam ad alium finem quam privandi Potestatem, non procedat contra aliquem suprascripta de causa; et item scribatur ipsi Potestati quod veniat huc.

Fuit auditus magnificus d. Hieronymus Morellus, orator florentinus, et legi fecit litteras habitas ex Florentia circa pacem tractandam Rome[a] per Oratores p 39
10 Regis Francię, et mittendos Oratores Ligae cum illis; et habita super his matura consultatione, fuit conclusum quod fiant litterę ad Oratores Venetiis, conformes litteris Florentinorum ad suum Oratorem.

Die Xa januarii 1479, de mane.

Congregatis Senatoribus infrascriptis, ut supra, videlicet:

15 rev. d. Episcopo Comensi,
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Johanne Baptista de L'Anguillaria,
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
20 d. Petro de Landriano,
d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Simonetta,
d. Nichodemo Tranchedino,
d. Egidiolo Oldoyno.
25 D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonetta
Francisco Ritio, cancellario.

Fuit admissus magnificus d. Antonius Donatus[5], orator venetus; et ei fuit
30 responsum ad ea, que proposuerat coram illustrissima Domina, in hunc modum,

[a] *Corr. su* Roma

5. Nobile veneziano, servì la Serenissima in varie ambascerie: alla Corte Estense (1471), presso Sisto IV (1473), e come uomo di Governo fece valere la sua abilità a Verona (1481).

videlicet: quod illustrissimi Domini sunt certissimi [a] de amore illius illustrissimi Dominii erga se et Statum suum; et quantum ad quietationem motus Svyciorum, Principes nostri sunt et semper erunt prumptissimi ad ipsam quietationem et quietationem [b], et erit eis gratissima opera Venetorum, quę fiat prudenter et per indirectum, ne Svyceri in superbiam leventur, et hoc fiat per Albertum de La Bancha [6], merchatorem venetum commorantem Lucernę, qui tanquam ex se procuret intelligere mentem Confederatorum Alamanie circa hoc; et circa res italicas fuit dictum ipsi Oratori responsum quod necessarium est, ut fiant vive et magne provisiones belli pro habenda honesta et secura pace prout Oratoribus ducalibus Venetiis agentibus scriptum est; et de hac responsione distinctius scriptum est ad Oratores predictos.

Eodem die, post prandium.

Congregatis, ut supra, Senatoribus suprascriptis, exceptis d. Nicodemo Tranchedino et d. Ziliolo Oldoyno.

Francisco Ritio, cancellario.

Fuit ordinatum quod scribatur Commissario Placentię quod, ad hoc ut comites Petrus Christoforus et Johannes de Scottis in restituendo locum et arcem Vigoleni in pristinum obediant, intelligat se cum comite Johanne Baptista de L'Anguillaria, qui habet commissionem eundi ad hoc cum sua comitiva peditum et balisteriorum, etc.

Item fuit ordinatum et conclusum quod Comestabiles peditum, qui nunc sunt ituri in Lunensem, habeant pro se duas paghas mortuas et pro quolibet Caporali unam mortuam.

Super requisitione facta nomine domini Alberti Vicecomitis, petentis velle huc redire, fuit conclusum quod concedatur ei licentia veniendi, sed veniat sine comitiva et sine demonstratione et cras dicatur Oratori florentino.

1479 die XI[a] januarii, de mane.

Congregatis Senatoribus antescriptis, ut supra.

Alexandro Colletta, cancellario.

Super relatione Potestatis Mediolani circa illos quattuor fures detentos et illos paterium et pateriam similiter detentos propterea quod emerunt scienter

[a] *Segue* quod *cancell.* [b] *Così nel testo.*

6. La lettera credenziale della Serenissima porta la data del 18 agosto.

de rebus furatis, conclusum quod ipse d. Potestas faciat illis remissionem, dummodo restituant illas res, quas emerunt.

Conclusum fuit de comuni omnium suprascriptorum consensu et deliberatione quod d. Antonius Maria de Scipiono sit squadrerius in Familia ducali et
5 habeat equos decem in domo; item, quod Jo. Petrus Del Bergamino habeat locum integrum quondam Johannis de Scipiono. p 41

Die suprascripta.

Super supplicatione Raphaelis de Caymis, petentis dari sibi bona confischata Cosmę de Garibaldis et Nicolosini de Ripa, existentia in loco de Uvada,
10 pro parte dotis eius uxoris, quam habere debet a domino Prospero Adurno, conclusum est quod concedantur ei Rafaeli dicta bona ac ei prestetur opportunus favor pro eorum consecutione.

Die suprascripta, post prandium.

Congregatis suprascriptis, ut supra.

15 D. Michael Batalia et comes Borella venerunt in Consilium et retulerunt de infrascriptis armorum Familiaribus, quod male et vituperose se habuerunt in impresia contra Svyciros; quare conclusum fuit quod eis auferantur equi et arma, et cassentur, propterea quod illustrissimi Domini nostri non contentantur de eorum serviciis, quorum nomina sunt videlicet:

20 Johanne Fava,
Jacomino Rostichato,
Monna de Donato,
Bolognese da Bologna,
Righetto da Milano,
25 Carlo da Forlì,[a]
Thomasino da Pavia,
Johanne Matto da Milano,
Andrea Del Boscho,
Bassano de Modignana.

30 Conclusum quod Antonius de Tayaferris, parmensis, habeat licentiam eundi Parmam, per XV dies; et ita magnificus dominus Palavicinus fideiussit de quingentis ducatis, quod, intra predictum terminum dierum XV, consignabit ipsum vivum,[b] aut mortuum.

[a] *Su raschiatura.* [b] *Corr. con ripasso di penna.*

p 42 Conclusum de predictorum omnium suprascriptorum[a] Consiliariorum consensu quod loco predictorum Familiarium cassandorum nullus reponatur, propterea quod numerus Familiarium magnus est; et ita conclusum quod dicatur illustrissime Dominę nostrę.

Conclusum fuit de prefatorum Consiliariorum omnium consensu quod denarii dati per ducales Commissarios in Exercitu contra Elvetios Cernedis, Cernedis missis per Capitaneum Lugani ad hoc ut servirent decem dies, qui non servierunt, immo recesserunt ab ipso Exercitu, restituantur per ipsas Cernas et dentur Capitaneo Lugani, pro parte remunerationis expensarum per ipsum Capitaneum factarum.

Super supplicatione Jsonis de Sancto Germano, balistarii, ordinatum fuit quod committatur causa appellationis suę partium confidenti.

Die XII januarii 1479, de mane.

Congregatis, ut supra, Senatoribus infrascriptis, videlicet:

rev. d. Episcopo Comi,
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino,
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Petro de Landriano,
d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Simonetta.

D. Johanne Simonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonetta

Francisco Ritio, cancellario.

Magnificus dominus Orator venetus, qui retulit substantiam litterarum habitarum ab illustrissimo Dominio Venetorum circa andatam Oratorum Ligę Romam pro practicanda pace, quę littere erant conformes illis, quas illustrissimi Domini nostri habuerunt heri ab Oratoribus Venetiis, responsum fuit quod suprascripti Consiliarii erunt cum illustrissima Domina nostra et ei cras respondebunt. p 43 Postea venit magnificus Hieronymus Morelli, orator florentinus, cui omnia communicata fuerunt etc.

[a] *Corr.* s *su* a: *Il copista stava per scrivere* antescriptorum

Acta in Consilio Secreto in Castro portę Iovis Mediolani

Incipit die primo mēs Ianuarij 1479.
Et finit die 19. Iulij anni ssti

Decreti [illegible] capsis

Coperta del Registro n. 143.

Item admissi fuerunt nobiles de Becharia et Johannes Antonius de Belcredo, potestas Arenę, contra quem Potestatem ipsi nobiles comparent et petunt eius privationem; et non fuit conclusum aliquid etc.

Eodem die, post prandium.

5 Congregatis suprascriptis.

Super adversatione nobilium de Becharia contra Potestatem Arenę conclusum quod ipse Potestas nunc removeatur et in locum suum substituatur Petrus de Canibus, qui stet in officio, donec sindicetur predictus Potestas; et, si in syndicatu condemnabitur, tunc amittat pecunias incantus et privetur in toto tum illo officio, et remaneat Petrus suprascriptus; et si reperiatur innocens[a] perseveret pro tempore suo.

Super supplicatione Aloysii de Landriano, petentis suspensionem causę, quam habet cum illis de Leuco occasione hereditatum nuruum suarum, propterea quod habet ire Villamfrancham cum aliquibus peditibus ex commissione 15 magnifici comitis Manfredi, conclusum quod Marchus Trottus vocatus hac de causa referat in Consilio Secreto quod provideant, prout eis videbitur.

1479 die XIII januarii, de mane.

Congregatis Senatoribus suprascriptis in camera columbinarum in castro Porte Jovis.

20 Galeaz Vicecomes, castellanus Castri Parvi Belinzone, exposuit in Senatu se non posse amplius stare ad ipsam Castellaniam, nisi provideatur sibi de maiore numero pagarum et quod integre habeat pagas, quoniam non habet nisi libras tres et soldum I imperialium pro paga; et ipse tenuit multos quibus dedit libras duas et expensas cibarias, quare petit provideri etc.; conclusum fuit per ma- 25 gnificos Senatores quod Galeaz suprascriptus et fratres Castriparvi Belinzonę a calendis januarii preteritis in antea habeant pagas XXI, inter quas intelligantur tres mortue pro eorum personis et XVIII vivas continuo habere teneantur et solvantur sibi ad rationem duodecim pagarum singulo anno, videlicet pro duodecim mensibus ad cumputum florenorum trium pro paga, et de paghis ipsis 30 respondeantur de tribus mensibus in tres menses[7].

P 44

[a] *Corr. con ripasso di penna.*

7. Le castellanie di Bellinzona comprendevano: castellania Castri Magni; cast. Montisbelli; cast. Saxi Corbarii; cast. Murate nove 35 e la Turris Montiscarassi. Il Castrum parvum si identifica con cast. Montisbelli: Galeaz, Francesco e Giovan Pietro erano stati ivi nominati il 29 ottobre 1472, in luogo del padre, Giovanni, che soprintendeva alla castellania dal 7 gennaio 1455. La presenza dei de Vicecomitibus in Bellinzona durerà fino al 1481.

Eodem die, post prandium.

Congregatis suprascriptis Senatoribus, in eadem camera columbinarum.

Admissi fuerunt d. Antonius Donatus, orator venetus, et Hieronymus Morelli, orator florentinus; cui d. Oratori veneto lecta fuit responsio facta per expositionem, quam nomine sui illustrissimi Dominii prius fecerat circa Oratores mittendos Romam pro tractanda pace, et ordinatum fuit quod detur exemplum ipsi Oratori veneto et aliud exemplum florentino, item alia copia mittatur Oratoribus ducalibus Venetiis et Florentie. 5

Super litteris Capitanei Justicię, continentibus de duobus detentis, seu qui fideiusserunt de se presentando, videlicet, Donato de Borsano et Princivallo de Legnano, propterea quod faciebant in domibus suis barataria̧m, conclusum quod, nulla exacta pena pecuniaria, exulent a Dominio [a] per bimestre, aut trimestre; et item lusores admoneantur pro futuro etc. 10

Super supplicatione Bernardini de Schandelutia, incarcerati apud Capitaneum Justicię propterea quod furatus fuit d. Francisco de Canobio valorem ducatos XXV; qui d. Franciscus habuit pecunias suas et ei pepercit; conclusum quod, si verum est quod offensus pepercerit et supplicans velit intrare religionem, sicut per supplicationem protestatur vovisse, conclusum quod liberetur, etc. 15

p 45

Die XIIII° [b] januarii 1479, de mane.

Congregatis infrascriptis Senatoribus, in solito loco, videlicet: 20

rev. d. Episcopo Comensi,
d. Palavicino,
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Orpheo de Ricavo,
d. Johanne Jacobo de Trivultio, 25
d. Petro de Landriano,
d. Azone Vicecomite.
D. Cichus erat absens propter podagras.

D. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Jo. Symonetta } 30

Alexandro Colletta, cancellario.

[a] *Corr. su* Dominis [b] *Corr. su* XIII

Conclusum quod Bartholomeus de Sala[8] removeatur ab officio Clavenę propter quod male se gessit et gerit, et illi officio preficiatur Phylippus de Petrasancta.
Locutum fuit de Jacobo de Serenio; sed, quia deputatus est ad societatem
5 Oratoris veneti, conclusum est de Phylippo suprascripto.

Post prandium nihil notatum.

Die vero XV januarii, de mane.

Congregatis suprascriptis Senatoribus et Secretariis in camera columbinarum, adiuncto magnifico d. Cicho et d. Jo. Jacobo Simonetta, eius filio.
10 Lecte fuerunt littere ex Florentia et Venetiis, super quibus conclusum fuit quod post prandium habeantur Oratores venetus et florentinus, ut cum eis comunicentur circa illam partem, quam scripsit Orator venetus, qui est in Francia, videlicet quod[a] bonum esset quod Liga nostra intromitteret se ad ponendam pacem inter Regem Francię et Ducem Burgundię.

15 Eodem die, post prandium.

Congregatis iisdem, in loco suprascripto.

Venerunt suprascripti Oratores, et conclusum quod scribatur Oratoribus Lige, qui sunt in Francia in effectum suprascriptum.
Conclusum quod Andree de Pisis addantur taxe trium equorum. p 46

20 Die XVI januarii, de mane.

Congregatis Senatoribus infrascriptis[b], in loco consueto:

rev. d. Episcopo Comi,
d. Palavicino,
d. Petro Francisco Vicecomite,
25 d. Orpheo de Richavo,

[a] *Segue* esset *espunto.* [b] *Segue* videlicet *cancell.*

8. B. de Sala de Bononia vi era stato nominato il 29 sett. 1478. Per l'avanzata degli Svizzeri, Chiavenna era minacciata: i Visdo-
30 mini, i Beccaria e i Quadrio, dimenticando per il momento gli antichi rancori, s'erano intesi per una strenua difesa. Il nob. Filippo de Petrasancta nominato podestà il 20 gennaio, iniziò la carica il 1° febbraio seguente e vi rimase, confermato, ben due volte, fino al 1° maggio del 1481.

d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Petro de Landriano.

D. Jo. Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Jo. Jacobo Symonetta

5

Alexandro[a] Colletta, cancellario.

Super differentia inter Antonium Platum et Bernardinum Alamanum, super qua habuerunt Potestatem Mediolani, conclusum quod supplicationes partium mittantur ad Consilium Secretum cum commissione quod provideant, prout eis visum fuerit, ita quod neutra partium juste conqueri possit. 10

Super petitione Benedicti Crivelli contra Johannem Ambrosium de Fino, notarium, detentum occasione falsitatis[b], commissum fuit Potestati Mediolani oretenus quod procedat ad faciendum.

Super supplicatione agentium pro Comuni Mediolani, postulantium ut Capitaneo inhibeatur ne se immisceat de punitione[b] lusorum et blasfemantium, 15 conclusum ut mittatur Consilio Secreto.

Super supplicatione Jacomelli[b] de Pusterla, conquerentis de Henrigeto Currente, conclusum quod mittatur ad Conscilium Secretum.

Die suprascripto, post prandium.

Congregatis suprascriptis. 20

Conclusum Guilielmo de Aycardo, alias cancellario Prosperi Adurni, licentia centum salmarum frumenti extrahendi ex Therdonensi et Alexandrino versus Januam, gratis[c], ubique pro benemeritis suis. p 47 Propter preceptum emanatum quod omnes Leventinates exeant Dominium in Vallem Leventinam, conclusum quod brentatorius domini Augustini Rubei et canepariusd. Orphei de Ri- 25 chavo possint stare, attento quod per multa tempora habitaverunt hic Mediolani.

Super litteris commendaticiis illustris domini Ducis Januę[9] et nobilium de Auria in Thomam Presendam[10] pro officio Consulatus Lombardorum in Janua, conclusum quod complaceatur ipsi domino Duci, eo modo, quo scripsit. 30

Super litteris Monialium Sanctę Julette Brixie[d], petentibus tractam salmarum centumquinquaginta frumenti, conclusum fuit quod concedatur de quinquaginta tantum, pro ista vice.

[a] *Corr. su* Alexandrio [b] *Parzialmente corr.* [c] *Segue* pro *cancell.* [d] *Agg. nell'interlineo.*

9. Battista Campofregoso (25 novembre 1478, dep. 25 novembre 1483).

10. Da questa data si intenda l'inizio della carica di Tomaso Presenda, finora non bene precisata. Il Presenda era cittadino genovese. Egli resterà in carica fino al 1481 (giugno). 35

1479 die XVIII januarii, de mane.

Congregatis infrascriptis, in loco solito Senatus, videlicet:

d. Episcopo Comensi,
d. Petro Francisco Vicecomite,
5 d. Palavicino,
d. Orpheo de Richavo,
d. Petro de Landriano,
d. Johanne Jacobo de Trivultio.

D. Johanne Simonetta
10 d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Simonetta

Alexandro Colletta, cancellario.

Conclusum quod propter proclama factum quod omnes de Leventina discedant a Dominio, Ambrosius Cigarius, brentator, et Ambrosius Pezia, ca-
15 neparius Hospitalis Magni Mediolani, nec alius Ambrosius, brentator d. Palavicini, non discedant nec cogantur exire Mediolanum, attento longo domicilio suo hic Mediolani.

Item, conclusum propter relationem Johannis Ghiappani quod d. Antonio Guascho concedatur licentia extrahendi de possessionibus suis Alexandriae et
20 conducendi[a] Gavium salmas CC. frumenti, gratis. p 48

Eodem die, post prandium.

Congregatis suprascriptis, ut supra.

Conclusum propter multos de Leventina, qui conqueruntur cogi descedere e Dominio propter proclama factum, non debeat includere illos qui longo et
25 antiquo tempore habent domicilium in Mediolano et uxorem et filios.

Admissi fuerunt homines Arene, qui conquesti fuerunt quod missus fuerit alter Potestas loco Johannis Antonii de Belcredo et quod debeat sindicari ante tempus; ex quo conclusum fuit quod Vicarius d. Commissarii Papie vadat ad accipiendas querelas que porrigentur contra ipsum Johannem Antonium et po-
30 stea referat illustrissimis Dominis nostris de his, que reperierit.

[a] *Segue in cancell.*; Genuensem *sottolineato* = *cancell.*

1479 die XVIIII[a] januarii, de mane.

Congregatis Senatoribus infrascriptis, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino,
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Petro de Landriano,
d. Johanne Angelo de Florentia,
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco
d. Johanne Jacobo Symonetta
} secretariis.

Francisco Ricio, ‹cancellario›.

Auditus fuit magnificus d. Antonius Donatus, orator venetus, qui exposuit, nomine illustrissimi sui Dominii, ellectum esse oratorem iturum Romam d. Franciscum Senutum[11]; et hortatus est Principes nostros ad similiter eligendum suum Oratorem et ad eum expediendum etc. Deinde, dixit quod illustrissimum Dominium prefatum precepit ei suis litteris quod non amplius accipiat sumptus a Principibus nostris, quia necesse est quod ipse maneat hic pro aliquot diebus, donec perficiatur expedicio Oratorum iturorum Romam, et fiant eis mandata et instructiones concorditer etc.

Postmodum, commendavit Fratres Servorum de Observantia, petentium dari locum Sancti Johannis in Deserto extra Portam Novam Mediolani, et dedit eorum supplicationem[12].

Ultimo loco, commendavit quendam Vicentinum, qui transivit, ut dicitur, sine licentia etc.

Super petitione d. Petri de Galarate, petentis sibi restitui taxas, que sibi sublate erant, conclusum fuit, ex comuni omnium suprascriptorum consensu et deliberatione, quod esset honestum quod ei restituerentur predicte taxe et quod hoc suum apparere debeat significari illustrissime Domine nostre, significando eius Excellentie quod dicte taxe fuerunt sibi sublate, quoniam erat maxima necessitas allogiamentorum; nunc, vero, sunt logiamenta.

11. Fr. Sanudo nobile veneto era già stato a Roma oratore a Paolo II (1468-1469).

12. I Servi di Maria o Serviti. Cfr. ASMi: *Fondo di Religione*, p.a., carte 1467-1484.

Magnifico domino Antonio prefato, oratori veneto, fuit responsum quod Orator noster est ellectus, videlicet dominus Johannes Angelus de Talentis[13], qui ibi erat presens, et expeditur cum omni possibili celeritate et expectatur responsum a Venetis circa mandata etc.

5 Quantum ad expensas et sumptus ei non amplius faciendos per Principes nostros, fuit responsum quod Principibus nostris gratissima est eius presentia, et omnino intendunt facere ei expensas, donec steterit hic, quia sic meretur benevolentia, que est eis cum Veneto Dominatu et personę sue prestantia. Ipse, vero, renuit, dicens ita habere in mandatis etc.

10 Supplicatio illius Vincentini fuit data Bartholomeo Chalco, ut una cum Deputatis, provideat intellecta veritate.

Supplicatio Fratrum Servorum de Observantia fuit data d. Nichodemo Tranchedino et domino Ziliolo de Oldoynis[a], ducalibus consiliariis, ut habeant ad se illos qui dicuntur habere interesse in loco petito per dictos Fratres et eos 15 persuadeant ad complacendum dictis Fratribus. p 50

Dimisso prefato Oratore, fuit vocatus Cosmus de Briusco, seschalcus[14], et ei fuit commissum ut hodie faciat sumptus consuetos ipsi Oratori et offerat et faciat instantiam quod sit contentus acceptare etiam in futurum; et, quando nolit ipse Orator, tunc permittat ei vivere ut placebit, posito bono ordine ut mas- 20 saritie et supelectilia non desunt ei.

Fuit concessum quod fiat gratia illi, pro quo intercessit Antonius de Antigorio, attenta pace inter[b] partes habita;

et etiam fuit dictum quod hominibus illius vallis subveniatur de aliqua bladorum quantitate, usque ad centum salmas, si illustrissimis Dominis nostris vi- 25 debitur, cui hoc referatur.

1479 die XVIIII° januarii, post prandium.

Congregatis, in loco consueto, Senatoribus infrascriptis, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
d. Petro Francisco Vicecomite,
30 d. Palavicino,
d. Orpheo de Richavo,

[a] *Parzialmente corr.* [b] *Segue* d *cancell.*

13. Angelo de Talentis (di solito detto de Florentia) giureconsulto, servì gli Sforza 35 negli uffici (dal Consiglio di Giustizia: 1474 al Consiglio Segreto: 1477) e nella diplomazia, anche sotto il governo di Ludovico il Moro, in Italia (Roma, Ferrara, Firenze) e Oltralpe.

14. Era stato nominato sescalco generale da Galeazzo Maria il 10 giugno 1475. Al tempo del Moro, diventerà (1489) castellano e podestà di Cassano.

d. Johanne Jacobo Trivultio,
d. Petro de Landriano.

D. Johanne Symonetta }
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.

Propter querelam quam fecit Franciscus de Birago, nomine domini Petri, eius fratris, propterea quod Comune Abiate procedit ad incantum nemorum contra dispositionem litterarum scriptarum, conclusum et commissum d. Bartholomeo Chalco quod per litteras suspendat incantum et causam per XV dies, in quo termino concedatur licentia domino Petro veniendi huc, quia postea deffendet jus suum. 5 p 51 10

Super supplicatione d. Caroli de Flisco pro hominibus loci sui Castioni Laudensis in facto reparationis Addue, deliberatum fuit quod scribatur Commissario et Potestati Laude, ut faciant eos homines tractari quemadmodum ceteri homines Feudatariorum.

Prelibati domini ordinaverunt fieri exemptionem de florenis duodecim, singulo anno, Baldessari de Barcho de Lodreno, ob passa damna et excidium ab Helvetiis, propter observatam fidelitatem Dominis nostris; et hoc de quibuscunque rebus et victualibus per ipsum abducendis ex Como, Lugano, Belinzona, et aliis locis Diocesis Comi, pro usu suo tantum, et ad beneplacitum Dominorum nostrorum. 15 20

In causa vertente inter Ordinarios Ecclesie Maioris Mediolani ac dominum Alexandrum et fratres de Raude, fuit conclusum quod Ordinarii renuncient ultimę parti brevis apostolici, in qua determinatur quod, nisi dicta causa per d. Raymundum de Lupis et socios fuerit usque ad Pascha Resurectionis decisa, intelligatur devoluta ad Curiam Romanam, etc. 25

Item, quod ordinetur, ex nunc, quod a die adventus alterius ex Commissariis collegis ipsius d. Raymundi de Lupis, intra duos menses dicta causa per ipsos expediatur.

Conclusum quod addatur Castellano Uvadę[15] quattuor page ultra octo, quas nunc habet, ut possit bene custodire illam arcem. 30

p 52 Super supplicatione Augustini et fratrum de Trivultio, necnon Johannis Lampugnani, filii quondam Baptiste, petentium licentiam quod is Johannes possit vendere bona sua, nonobstante aliqua inhibitione procedente a Camera ducali*** Per Ferrufinum

Conclusum in negotio petitionum, quas fecerunt homines Belinzonę, fuit hoc modo, videlicet: 35

primo: quod illustrissimi Domini nostri donant sibi modios millequingentos sichalis, milii et meliche, distribuendos in pauperes terre et Comitatus,

15. Ovada oggi nella provincia, come allora in districtu e in castellania Alexandriae.

ipsis tamen hominibus ea blada conducentibus de loco, unde levabitur, ad Belinzonam;

2°: quod respectu dacii Locarni vocabitur comes Petrus de Ruschis et tunc, auditis partibus, fiet opportuna provisio;

5 3°: quod pro datio Lugani fiet exemptio pro modiis quadringentis, singulo anno, ad beneplacitum;

4°: quod respectu domorum, que demoliuntur ad evitandum offensionem terre, committetur Ingeniariis, qui examinabunt et referent; et habebitur bona consideratio.

10 Item, ordinatum fuit quod d. Michael Battalia cogat statim Familiares, qui habuerunt lectos et res hominum Belinzonę et eas abduxerunt, solvere integre.

Super supplicatione Guielmini de Colla, petentis sibi satisfieri de bonis Jacobi de Colla, sui debitoris, banniti et rebellis, fuit conclusum quod scribatur Referendario Parmę, ut, constito de veritate narratorum, provideat, ut ei sa-15 tisfiat de dictis bonis.

Fuit etiam conclusum quod factori comitis Lodovici de Valeria prorogetur salvusconductus per mensem februarii proxime futuri.

Super supplicatione filiorum domini Christofori Pagnani, petentium provideri quod omnes contractus, quos pater suus fecerit post eius infirmitatem, 20 in qua perdidit mentis vigorem, annullentur ducalibus litteris patentibus, etc., fuit conclusum quod habeatur informatio a d. Johanne Angelo de Florentia et Scipione Barbavaria et a domino Petro Francisco Vicecomite de narratis in ipsa supplicatione; deinde, fiat justa et conveniens provisio, ne dicti supplicantes indebite damnificentur patris insania. P 53

25 1479 die XX januarii, post prandium.

Congregatis, ut supra, Senatoribus infrascriptis, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Orpheo de Richavo,
30 d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Petro de Landriano,
d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta
35 d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonetta

Francisco Ritio, cancellario.

Fuit auditus magnificus d. Hieronymus Morelli, orator florentinus, qui exposuit nomine Florentine Reipublice quod habeant practicham conducendi dominum Robertum Malatestam, Arimini dominum, et quod[a] laudat etiam ut conducantur Domini Forlivii et Pisauri; et, ad hoc petivit declarari mentem Principum nostrorum, et quod ipsi velint pro tercia parte contribuere; 5

item, quod Gentes armigere, que hibernant in Pisano non removeantur illinc;

item, quod ex nunc declaretur de quibus viribus huius Status poterunt se valere tempore novo.

Super quibus petitionibus, facta matura consultatione, fuit ei responsum, 10
p 54 ut infra, videlicet: *****

Super petitione domini Lodovici de Antinis, petentis concedi sibi licentiam eundi Parmam pro visitanda socru sua antequam moriatur, fuit conclusum quod concedatur ei licentiam eundi et standi Parmę per octo dies, quibus elapsis, statim discedat huc rediturus, sub pena quingentorum ducatorum, pro 15 quibus det idoneam fideiussionem. Qua conclusione facta, magnificus miles dominus Palavicinus marchio Palavicinus, sponte et ex certa scientia, promisit et se principaliter obligavit ad dictam summam quingentorum ducatorum, casu quo ipse dominus Lodovicus non observaverit, ut supra; et renuntiavit beneficio decreti disponentis c u r i a l e s etc. n o n p o s s e o b l i g a r i 20 etc.

Super supplicatione Marci de Fontana de Dari, districtus Belinzonę, petentis relaxari a Commissario Belinzone a quo fuit detentus, propterea quod, die quo fuit Exercitus noster ex Leventina fugatus, invenit duos boves, quos secum duxit, fuit conclusum quod scribatur Commissario predicto, ut, si ita est, ut 25 in supplicatione narratur, eum libere relaxet, annullando omnem processum et condemnationem contra eum factam, dicta occasione, dimittendo ei dictos boves quousque inventus fuerit verus dominus; si res aliter se haberet, rescribat, retinendo dictum Marchum sine lęsione, quousque Principes nostri rescripserint de voluntate sua. 30

Die XXI januarii 1479, de mane.

Congregatis infrascriptis Senatoribus, ut supra:

rev. d. Episcopo Comensi,
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino, 35
d. Orpheo de Richavo,

[a] *Parzialmente corr.*

d. Johanne Jacobo Trivultio,
d. Petro de Landriano,
d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Symonetta.

5 D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis. p 55
d. Johanne Jacobo Symonetta

Francisco Ricio, cancellario.

Post lectas litteras ex Florentia circa pacem et bellum futurum in anno
10 proximo etc., fuit consultum et conclusum quod omnino fiant provisiones ad bellum, ut pax honestior habeatur; aut, si haberi non poterat, defendatur Status et dignitas Principum nostrorum; et, ad hoc, fuit dictum necessarium esse ut reperiantur denarii etc., et quod non potest fieri cum minori summa centummilium ducatorum. Et, ideo, fuerunt vocati dominus Johannes Bottus et
15 Antonius Landrianus, generalis thexaurarius; et eis fuit expositum quantum superius dictum est, et quod omnino cogitent de modo reperiendi dictos centummille ducatos; et quod isti Senatores sciunt tantummodo dua partitas, vel tres, ex quibus possint haberi denarii, videlicet: ut vendatur possessio de Cavalcabobus et Castrumnovum Placentinum et terra Boschi; in quibus rebus, ipsi
20 debent cogitare et videre si inveniantur emptores; et quod circa terram Boschi est advertendum ut sit persona fidelis etc., et quicquid circa hoc invenerint et cogitaverint, referant; ut postea omnia comunicentur illustrissime Domine nostre; cogitent etiam alias vias reperiendi denarios.

Eodem die, post prandium

25 Congregatis suprascriptis Senatoribus et Secretariis. Fuerunt lecte litterę ex Belinzona, continentes succursum, quem petunt illi de Roveredo; et an debeant pedites nostri offendere illos de Misocho; et de 500 Svyceris, qui venerunt p 56 Misochum. Super quibus fuit conclusum quod rescribatur quod, si cum centum peditibus ex his qui sunt Belinzonę potest tuto subveniri dictis de Roveredo,
30 subveniat; sin minus, non mittat pedites in periculum, sed adviset quia providebitur etc. Quantum ad illos de Misocho quod non offendant, nisi ab illis offenderentur et quod attendant ad bonam conservationem illius terre; et, si quid intellexerit ulterius de dictis Svyceris, adviset.

Item, fuit conclusum quod rescribatur d. Gubernatori Parme circa clau-
35 dendos portonos platee Parme, quod nihil innovet, sed faciat quod pedites deputati ad cutodiam, sint diligentes et vigilantes.

Item, fuit conclusum quod d. Petrus Franciscus Vicecomes et dominus Orpheus alloquantur Zachariam de Pisis, oratorem domini Marchionis Mantuę, tanquam ex se, hortando ipsum, ut operetur quod ille Dominus mittat ad practichandam refirmam suam, moderando se, etc.

Super litteris Potestatis Parmę, scribentis de illis Parmensibus, qui accusati sunt sodomyam commisisse cum Antonio de Francia, conclusum fuit, ut ei rescribatur quod, attentis condicionibus presentium temporum et aliis respectibus, non debeat procedere contra eos nunc, sed supersedeat donec aliud scribatur in contrarium. 5

Super litteris Gubernatoris Parme, scribentis de suprascripta imputatione de sodomia, scribatur ipsi Gubernatori ut scriptum est Potestati, non obstantibus litteris hesterna die in contrarium scriptis. 10

Super supplicatione Stephani, qui dicitur barberius, banniti propter quaedam verba, fuit conclusum quoniam jam meritas penas passus est, fiat ei gratia et remissio liberalis. 15

p 57

1479 die XXII januarii, de mane.

Habitus est Senatus, ut supra, congregatis Senatoribus infrascriptis, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
d. Petro Francisco Vicecomite, 20
d. Palavicino,
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Petro de Landriano,
d. Azone Vicecomite, 25
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta }
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.

Francisco Ricio, cancellario.

In quo quidem Senatu, fuit conclusum in facto illorum de Schottis pro loco Vigoleni quod, attentis litteris Commissarii Placentie et domini Johannis Baptiste de L'Anguillaria, scribatur ipsi domino Baptiste, ut supersedeat illic, quousque aliud scribatur, et precipiatur Officiali super taxis in Placentino, quod admoneat et precipiat omnibus armigeris, ut sint in procinctu ad equitandum versus Vigolenum, quamprimum fuerint requisiti. 30 35

Item, fuit conclusum quod scribatur domino Jo. Baptiste de [a] L'Anguillaria, ut capi faciat illum homicidam et consignet Comissario Placentię; et Commissario Placentie ut similiter admoneat homines non amicos Scottorum.

Item, fuit conclusum ut scribatur Serafino Gavatio, ut preparet bombar-5 das etc.

Item, fuit conclusum quod Johannes Ghiappanus vadat Valentiam pro octo diebus, propter quosdam motus ill. domini Marchionis Montisferrati etc., et quod intelligatur a Magistris quare non providetur super descriptione facta de buchis Valentię pro facto salis etc., de qua re Orator dicte Comunitatis con-10 questus est, etc.

Fuit responsum magnifico Hieronymo Morello, oratori florentino, quod p 58 Principes nostri dabunt Florentinis [b] subsidium idem quod dederunt anno preterito et maius etiam, nisi aliqua urgens causa eos impediret; et dictum fuit de Svyceris et de Lunensi, etc.

15 Circa conductam Dominorum Romandiolę, fuit responsum quod Principes nostri non possunt concurrere ad stipendium, propter intolerabiles sumptus, quibus premuntur; et fuerunt particulariter narrati dicti sumptus etc.; sed concurrent Principes nostri ad protectionem Statuum dictorum Dominorum etc. Et ita fuit conclusum quod mittatur facultas et procuratorium pro dicta pro-20 tectione facienda domino Phylippo Sacramoro, oratori ducali Florentię, advertendo ipsum dominum Phylippum quod Principes nostri nolunt concurrere ad stipendium, sed hoc teneat in se; et, si ad hoc requireretur, respondeat non habere commissionem et quod advisabit Principes nostros.

Fuit vocatus Johannes Franciscus Bossus et admonitus, ut vadat Vigolenum, 25 ad faciendum quod suus cognatus de Scottis consignet illum locum Commissario Placentie, qui eum retinebit nomine Principum nostrorum, nec alicui consignabit, donec fuerit decisa diferentia inter comitem [c] Bartholomeum de Scotis et ipsos [c] fratres de Scottis; et quod ipsi veniant huc: et eis scribantur littere, que contineant hoc idem et habeant vim salviconductus, etc. Fuit dictum 30 domino Zacharie de Pisis, oratori illustris d. Marchionis Mantue, quod scribat ad ipsum Marchionem quod illustrissimi Domini nostri sunt contenti quod revocet illos suos armigeros, qui sunt in Compiano et Burgo Vallis Tarri, propter incommoditatem stramorum etc.; et ita fuerunt ordinate littere opportune etc.

35 Eodem die, post prandium.

Congregatis suprascriptis Senatoribus et Secretariis. Fuit conclusum super petitione domini Antonii Trizii, petentis dari sibi aliquam condicionem et gradum apud hos Principes, in quorum servicia fideliter intendit perpetuo esse, p 59

[a] *Segue* Campofregoso *cancell.* [b] *Corr. su* Florentini [c] *Parzialmente* corr.

ut fuerunt omnes sui, quos memoravit, quod cogitetur de aliquo partito et dicatur cum illustrissima Domina nostra. Potestati Mediolani, commendanti Bartholomeum de Sala, affinem suum, cassum a Potestaria Clavennę, fuit responsum quod, pro dignis respectibus et multis de causis, fuit complacitum hominibus de alio Potestati et remotus ipse[a] Bartholomeus; et, ideo, de hac re non faciat ulterius verbum. 5

Item, conclusum, propter litteras Caroli de Cremona, Melchionis de Fontanella et Christofori de Montighio, quod ponant presidium in turri Sancti Victoris.

Item, quod dent auxilium illis de Misoltina, subditis nostris, dummodo semper unus eorum Comestabilium stet in terra, neque egrediatur quando alii abfuerint. 10

Item, quod homines Belinzonę dent suum logiamentum et massaritias grossas; de lignis autem accipiant in nemoribus, ut faciunt alii homines terre et Comunitatis. 15

1479 die XXIII januarii, de mane.

Congregatis infrascriptis Senatoribus et Secretariis, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino, 20
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Orpheo de Richavo,
d. Petro de Landriano,
d. Cicho Simonetta.

D. Johanne Symonetta 25
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Simonetta

Francisco Ritio, cancellario.

Fuit auditus d. Baptista et Nuncius hominum Bellani pro differentia dena-
p 60 riorum dandorum ipsi domino Baptiste ab ipsis hominibus pro dote uxoris 30
dicti domini Baptiste; super qua re, viso quod dicti homines faciunt dificultatem hanc, quare nolunt subiacere ipsi domino Baptiste, fuit conclusum quod ipse Nuncius det dictos denarios per terciam personam ipsi domino Baptiste, posteaquam ipse non vult dare ipsi d. Baptiste, et ita, d. Bartholomeus Chalcus habuit curam aptandi hanc rem. 35

[a] *Su obliterazione.*

Fuit etiam conclusum quod mittantur 400 ducati per aliquem fidum, qui ex his det 200 ducatos Johanni de Becharia et ducentos illi de Ponte, ut faciant centum homines pro quolibet ad custodiam passuum Clavennę versus Svyceros[16]; et mittatur Leo de Varisio et alter Caporalis, cum quinquaginta aut centum peditibus ad dictam custodiam; et ad hoc vocetur Thexaurarius pro reperiendis denariis.

Super petitione illorum de Morcho, fuit conclusum quod scribatur magistro Benedicto ingeniario[17], qui est Belinzone, ut vadat ad videndum arcem Morcho et intelligat diligenter id quod petiverunt ipsi homines circa illam muratam et provisiones necessarias et de omnibus distincte adviset.

Fuit dictum Ambrosio Ferrario[18] quod arcibus Belinzone[a], Sonvici et Baredi provideat de artigliariis necessariis moderate, tamen non respitiendo ad magnas eorum petitiones.

Eodem die, pot prandium.

Congregatis suprascriptis Senatoribus et Secretariis, ut supra.

Lecte fuerunt littere ex Venetiis, continentes de conducta Domini Arimini et Domini Pisauri; ad quas conductas Dominium Venetorum vult contribuere pro tercio. Et quia allegatum fuit quod res quę tractantur in Senatu non tenentur secrete, et ideo datum fuit juramentum de tenendis secretis que tractantur et tractabuntur suprascriptis Senatoribus et Secretariis, et, item d. Antonio Symonette, d. Jacobo Antiquario, Johanni de Belinzona, Francisco Ricio et Alexandro Collette.

Super negocio Castellanorum Savignoni, conclusum fuit quod committatur d. Johanni Antonio Sparvarie, ut eos admittat ad novas defensiones condemnationis in ipsos late absque detentione. p 61

Fuit dictum Oratori ferrariensi quod scribat Duci Ferrarie, ut mittat Oratorem Romam, pro facto pacis, etc.

[a] B *corr. su* b

16. Già nella fine del novembre del 1478, Giovanni Beccaria era sceso con cento uomini alla volta di Chiavenna, intanto che Castellino, fratello di Giovanni, spiava le mosse del vescovo di Coira, verso Poschiavo, tendente come antica meta.

17. Benedetto de Fermis di Firenze: nel 1477 ottenne la cittadinanza milanese essendo stabilito a Milano da oltre vent'anni. Morì a Bellinzona di sospetta peste nell'estate del 1479, mentre precisamente attendeva a quelle fortificazioni sotto l'urto degli Svizzeri.

18. Era stato nominato ufficiale delle munizioni ducali il 1° marzo 1478. Era entrato al servizio dell'ufficio ducale (contrascriptor munitionum) nel 1462.

Die XXV januarii 1479, de mane.

Congregatis infrascriptis, habitus est Senatus, ut supra:

rev. d. Episcopo Comensi,
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino, 5
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo Trivultio,
d. Petro Landriano,
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta 10
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonetta

Francisco Ricio cancellario.

In quo quidem Senatu, magnificus d. Hieronymus Morellus, orator florentinus, qui persuadere studuit, ut contribuatur per Principes nostros ad con- 15 ductam Dominorum Arimini et Pisauri, aut respondeatur Venetis, utendo verbis eiusdem sententie, cuius est minuta litterarum nostrarum, tamen dicatur quod quia nos fecimus ratam nostram, ipsi debeant ęquare et ita non disturbetur dicta conducta, fuit responsum quod habeatur consideratio.

Deinde, dixit de conducendo domino Robertho de Sancto Severino e d. 20 Lodovico Sforcia; ad quas partes fuit responsum, ut scribat magnifico Lau- p 62 rentio Medici, quod tentet conducere dominum Robertum et studeat bonis verbis intertenere dominum Lodovicum Sfortiam et intelligere animum eius et persuadere ad bene vivendum, et quod tempore pacis dabitur ei[a] gubernatio unius colomnelli et tempore belli fiet aliqua conveniens provisio. 25

Item, conclusum quod ordinetur ut Vicarius Commissarii Papie, deputatus ad accipiendas querelas Johannis Antonii de Belcredo, olim Potestatis Arenę, servet modum syndicatus tam in inquestam generalem quam pro interesse Camere, prout faciunt alii Syndicatores.

Fuit vocatus Marchus Trottus, ducalis secretarius, et de matura delibera- 30 tione omnium suprascriptorum, fuit ei impositum quod dicat dominis de Consilio Secreto in curia Arenghi quod litteras concessas Leonardo Astulfo, preterito potestati Novarie, quod possit comparere per procuratorem ad syndicatum suum, revocent et mandent servari consuetum quod compareat in syndicatu personaliter; et prorogetur tempus domino Melchioni syndicatori, certi- 35

[a] s *cancellata*

ficando ipsos quod dictus Leonardus non timeat aliquam offensionem, nisi eam, quam de jure meritus est.

In differentia Palavicinorum, fuerunt auditi d. Palavicinus et Antonius de Compiano, cancellarius magnifici domini Johannis Lodovici; et, auditis querelis 5 utriusque partis circa rem d. Caroli de Flisco, etc., fuit conclusum quod scribatur domino Carolo de Flisco quod discedat ex possessione sua in jurisdicione Busseti et veniat Placentiam, et quod Principes nostri mirantur quod iverit illuc, sine licentia, et, si non ivit, quod ire non debeat, sine licentia.

Item, fuit conclusum quod d. Antonius de Besana vadat ad Potestariam Bus- 10 seti et quod d. Johannes Lodovicus et dominus Palavicinus subscribant et expediant litteras ordinatas, aliter illustrissimi Principes nostri mittent ipsum d. Antonium nomine suo cum suis litteris; et ita fuerunt date littere ipsi Antonio de Compiano, ut ferat ad ipsum d. Johannem Lodovicum.

Fuit auditus d. Cesar[19], orator illustrissimi domini Ducis Ferrarie, qui legi p 63 15 fecit litteras prefati Ducis ad ipsum scriptas, continentes qualiter quidam Galeacius ad suam Excellentiam scripsit quod illustris d. Lodovicus Sforcia rogat suam Dominationem, ut operetur cum illustrissima Domina nostra, ut ei gratia concedatur redeundi Mediolanum et exercendi se ad servicia illustrissime Domině nostre; et petivit dictus Orator quid debeat respondere.

20 Habita consultatione, fuit ei responsum quod illustrissimus Dux Ferrarię faciat dici ipsi ill. d. Lodovico quod sit bono animo et bene vivat, quia sua Dominatio operabitur taliter cum Principibus nostris quod cognoscet quod bene operatus fuerit.

Circa denarios, quos ille Hebreus debet habere a domino Thadeo de Imola, 25 fuit ordinatum quod Bartholomeus Chalcus alloquatur cum Luchino fictabili et rem intelligat.

Eodem die, post prandium.

Suprascripti omnes Senatores, excepto d. Cicho, qui podagra impeditur, iverunt ad illustrissimam Dominam nostram et eius Excellentie exposuerunt 30 qualiter in anno presenti habetur debitum centumvigintimilium ducatorum, pro quorum satisfactione Johannes Bottus et Antonius Landrianus proposuit quandam viam etc.; deinde, fuit dictum ut inveniantur centummille ducati pro hoc anno; et modus inveniendi relinquatur cogitationi illustrissime Domine nostre, quę dixit quod cogitabit et providebit. Fuit etiam dictum quod Lm. du- 35 catorum inveniantur nunc; deinde, fuit dictum de practicanda reconducta Marchionis Mantue, et illustrissima Domina dixit quod fiat dicta practicha; deinde fuit habitus sermo de pace, et fuit conclusum quod omnino procuretur habere p 64

19. Cesare Valentini.

pacem, et maxime propter dispendia et pericula in quibus sumus; et etiam fuerunt qui dixerunt habendam pacem etiam relictis Venetis; illustrissima Domina nostra dixit quod esset bonum mittere Archypresbyterum Varcii Romam, ad practicandum cum comite Hieronymo: et omnes approbaverunt.

Nuncii Johannis de Becharia fuerunt auditi et exposuerunt preparationes Svyciorum, petentes eis subveniri de sagittarie et pulvere et de datio 300 corazinarum, quas ipsi volunt emere suis pecuniis cum aliquo termino; fuit eis responsum quod de artigliariis est provisum; de corrazinis quod vadant per civitatem et inveniant eas, quia Domina providebit quod fiat terminus et quod fient littere pro datio et quod sint viriles et fideles, etc.

Deinde, fuit vocatus Orator venetus et ei fuit dicta substantia litterarum habitarum ex Venetiis circa conductam Dominorum Arimini et Pisauri, et ei fuit declarata voluntas et deliberatio illustrissimorum Principum nostrorum, qui non possunt ad stipendium dictorum Dominorum contribuere, propter rationes et justificationes in litteris hodie scriptis ad Oratores Venetiis contentas; quę omnes fuerunt narrate ipsi magnifico Oratori veneto, qui, post aliquam disputationem, respondit se scripturum ad illustrissimam Dominationem suam, fideliter etc.

Die XXVI[ta] januarii 1479, de mane.

Congregatis, ut supra, Senatoribus infrascriptis, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Orpheo de Richavo,
d. Petro de Landriano,
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco
d. Johanne Jacobo Symonetta
} secretariis.

p 65 Francisco Ritio, cancellario.

Fuit auditus magnificus dominus Hieronymus Morellus, orator florentinus, qui legi fecit litteras, quas habuit ex Florentia a magnifico Laurentio, continentes qualiter ser Nicolaus, cancellarius, qui iverat ad vocandum illustrem d. Lodovicum, Florentiam rescripsit quod dictus d. Lodovicus, suspiciens ad maiora, nolebat[a] ire Florentiam; et, ideo, ipse male suspicatur, etc.; et magnificus

[a] *Corr. su* nolebet

Laurentius, concludendo, scribit quod, nisi fiant valide provisiones, ipse videt ruinam Status Principum nostrorum et sui; et etiam narratur quod Lucenses practicant confederari cum Pontifice et Rege, etc.

Deinde, legi fecit litteras habitas a magnifico d. Thoma Soderino ex Venetiis, continentes qualiter illic dicitur conclusum esse conductam domini Roberti de Sancto Severino cum LXm. ducatis et quod illa illustrissima Dominatio concurrit ad conducendum magnificos Dominos Arimini et Pisauri, solvendo per tertium; certificando quod, nisi Principes nostri concurrant pro tercio suo, ista conducta disturbabitur; quod ipse maxime timet.

Deinde, fuit factum aliquod verbum de pace, super qua prefatus Orator florentinus dixit quod, diebus superioribus, exposuit hic ex se quod Principes nostri et Florentini male ellegerunt in colligando se cum Venetis, a quibus in istis periculis non fuerunt juvati, etc.; et, ideo, esse emendandum etc. nunc, ne forte, alio modo, quam opus sit intelligatur, declarat nunc quod non intelligit quod ita abrupte relinquantur Veneti et curratur ad Regem pro pace, quia periculosum esset, ne ipse nunciaret Venetis et nos remaneremus in periculo delusi; et, etiam, quia peteret condiciones inhonestas, videlicet, ut reconduceretur dominus Robertus, cum restitutione rerum suarum, et quod fratres ducis Galeacii redirent Mediolanum ad gubernationem Status et quod ex Florentia eiiciatur Laurentius: que omnia non sunt facienda; et idem laudat quod fiant valide provisiones belli et practicetur pax universalis; deinde, habita pace, poterit fieri illa emendatio ellectionis etc.

Post eius discessum, fuit dictum quod omnino fiant iste provisiones et pro nunc inveniantur Lm. ducatorum pro bello et Lm. per totum mensem aprilis; et quod de ista pace habeatur consultatio. Et fuit conclusum quod scribatur ad Archypresbyterum Varcii, ut veniat huc et eat Romam ad comitem Hieronymum, eo modo, quo videbitur illustrissime Domine nostre. Fuit auditus Johannes de Busti et quidam Paulus Theutonicus, qui se obtulit ad practichandam concordiam cum comite Jorio [20] et cum Principibus nostris; quo audito, fuit conclusum quod dictus Paulus vadat ad dictum comitem Jorium et sub litteris credentialibus ei persuadeat, ut mittat huc suos Nuncios pro dicta practicha; et ei detur dictus salvusconductus. Super petitione rev. d. Protonotarii Valperge in causa donationis facte per Franciscum, eius fratrem, Johanni Baptiste Caymo, fuit [a] conclusum quod remittatur dominis de Consilio Justicię, qui summarie intelligant et decidant, justicia mediante.

p 66

[a] *Segue* ore *cancell.*

20. Giorgio conte di Werdenberg e di Sargans, cugino di Gaudenzio di Matsch (la madre del conte Gaudenzio era Agnese W.S.), infido anche quando era costretto dal nerbo ducale, da Francesco a Galezzo Maria, a protestare amicizia, nel giugno del '77, in buona intesa col vescovo di Coira, aveva gettato l'occhio su Val S. Giacomo: ora si preparava ad aggredirla, mirando anche ad assaltare Chiavenna (14-24 gennaio 1479).

Venerunt postea infrascripti domini de Consilio Secreto, videlicet:
d. Augustinus Rubeus,
d. Raymondus Lupus,
d. Lucas Grimaldus,
d. Antonius Marlianus et 5
d. Johannes Angelus de Florentia,

qui conquesti sunt quod intellexerunt quod Magistri dixerunt sepius hic quod ipsi de Consilio[a] Secreto, propter causas, quas inter se comittunt, dant occasionem querelę Doctoribus de Collegio et Notario Banchę, qui propterea habuit p 67 restaurum, etc.; et, ideo, ipsi domini de Consilio Secreto venerunt huc, declarantes hoc non esse verum et alias dixisse rationes, quibus comprobatum fuit falso ipsos calumniari et dictum restaurum iniuste factum fuit et hoc offerunt sustinere; ideo placeat consulere honori suo. 10

Deinde, petiverunt fieri sibi[b] assignationes provisionum suarum, ita ut numquam imminuantur, neque dilatentur; et hoc dicunt, quia audiverunt quod hic fuit propositum quod fiat quedam dillatio, etc. 15

Ad quas querelas et petitiones fuit responsum, et primo, quod Magistri fuerunt hic et dixerunt quod, nisi[c] circa huiusmodi res serventur decreta, intrate Camerę ledentur; et, ideo, esse providendum etc. Et ipsi de Consilio dixerunt quod non faciunt aliquid in preiudicium Camerę et hoc probabunt, etc. 20

Ad partem provisionum suarum, fuit responsum quod adhuc Magistri non portarunt quaternetum, nec fuit habitum verbum, de hac re; sed, portato quaterneto, habebitur matura consideratio, etc.

Super supplicatione hominum Plebis Agni, Vallis Lugani, et quorundam aliorum Comunium, petentium remissionem debiti preteriti et onerum futurorum ob damna passa ab incursione Elvetiorum, conclusum fuit ut eis mos geratur pro debito preterito, quod est librarum 117 imperialium, et pro annis duobus futuris ac, deinde, ad beneplacitum. 25

Fuit, deinde, vocatus Capitaneus Justicię coram prefatis dominis de Consilio Secreto; post multam discussionem, fuit preceptum ipsi Capitaneo, ut liberet illum hebreum, detentum causa cuiusdam[d] delicti[d], et restituat ei 14 ducatos, quia solvit penam Vicario Provisionis. 30

p 68 Eodem die, post prandium.

Congregatis iisdem Senatoribus et Secretariis.

Facta fuit discussio pro denariis reperiendis et conclusum quod omnino necessarium est habere de presenti Lm. ducatorum et Lm. hinc ad calendas aprilis, 35

[a] *Segue* Justicie *cancell.* [b] *Segue* si quod *cancell.* [c] *Sopra* nisi *sul rigo cancell.* [d] *Agg. nel l'interlineo.*

et quod nullus alius modus est, nisi recurrere ad thexaurum Dominę. Et, ideo, fuit dictum d. Bartholomeo Chalco, Johanni Botto et Antonio de Landriano, ut ordinent in scriptis omnia quę circa rem hanc sunt dicenda illustrissime Dominę nostre.

Deinde, fuit habitus sermo super pace: et, primo, fuit dictum quod illustrissimus Dux Calabrię in tregua et in practicha pacis, facta mediante d. Johanne Jacobo Trivultio, usus est fraude et delusit Ligam; quod comprobatum fuit litteris Commissarii, qui erat in castris in Thuscia, et litteris ipsius d. Johannis Jacobi, quę declarant Ducem Calabrię et Ducem Urbini terminasse dictam practicam, dicendo quod mitteretur pro dicta pace ad Summum Pontificem et ad regem Ferdinandum, qui fuerunt lacessiti; et dum hec practichantur amissus est mons Sancti Savini; et Veneti dixerunt plus uno oculo vidisse hostes quam nostri viderint centum oculis; et, de hoc, ostense fuerunt littere domini Leonardi Botte, ducalis oratoris Venetiis; quę litterę date sunt die XI novembris proxime preteriti; et, tandem, multis discussis, fuit conclusum quod d. Johannes Jacobus Trivultius, pro tentando iterum animum ipsius Ducis Calabrię, mittat unum de suis fidatum cum solis suis litteris credentialibus; qui nomine prefati d. Jo. Jacobi dicat ipsi Duci Calabrie quod si prius non respondit ad ea, que a sua Dominatione habuerat in Thuscia, causa fuit quia voluit omnia mature agere; prius perscrutatus est mentem illustrissime Dominę nostrę, quę est disposita ad universam pacem, et intelligit postea habere intrinsecam intelligentiam et amicitiam cum rege Ferdinando et cum Florentinis etc.; et extrahat a sua Dominatione quantum potest in hac materia. Et similiter fuit replicatum quod Archipresbyter Varcii vadat ad comitem Hieronymum, ut dictum fuit hoc mane.

Fuit etiam ordinatum quod circa denarios inveniendos dicatur illustrissime Dominę nostre, hoc modo, videlicet: «Illustrissima et excellentissima Madonna, el magnifico Consiglio, per le cose accadeno de presente, rechiede che se facia provisione de ducati Cm., cioè ducati Lm. de presenti, et ducati Lm. per tutto aprile proximo. Li primi Lm. ducati dicono essere per dare la paga alla Famiglia d'arme et Lanzespezate, delli primi IIII mesi de questo anno, et per dare alli fanti, che sonno alla guardia de confini, et anchora per mandargli delli altri, ultra quelli che gli sonno, essendo li inimici in quelli termini che sonno; ad li quali dinari non gli è altro remedio che torli fuora de capsa. Li altri ducati Lm., al supplimento delli Cm., che se domandano in aprile, se pace non segue fra questo mezo, serà anchora necessario torli fuora de capsa: chè altro remedio non gli è, perchè l'anno presente ha grandissimi carichi, alli quali con faticha se proveder̀a. Et questi Lm. ducati se daranno alle Gentid'arme et Fantarie per ordinario et per subventione et per mantenerli in campo et per le spese, che accadessino per la guerra.

Et perchè se è ricordato de vendere la possessione de Cremonese Castelnovo et del Boscho de Alexandrina per fare dinari, quale vagliono circa ducati XLm.,

p 70 se dice che questi non possono servire a questo bisogno, perchè inanzi che se trovino li compratori, se facia la vendita et se paghino li dinari, serà passato[a] tutto l'anno presente. Et piacendo alla vostra Signoria che cusì se facia, se gli metterà ogni diligentia; et poi li dinari del precio se convertiranno in quella necessità della Camera vostra che più piacerà a vostra Signoria ». 5

Super petitione Donati de Comite, pro differentia quam habet cum Luchino Trincherio et Jacobo de Fagnano, ratione cuiusdam societatis etc., conclusum quod mandetur Consilio Secreto quod committant uni Doctori partium confidenti, qui videat utrum libri, qui sunt in manibus Judicis sive Commissarii dicte societatis, debeant restitui ipsis Luchino et Jacobo, vel ne. 10

Fuit auditus comes Amoratus Torrellus, qui petiit sibi dari favorem apud excelsos Dominos Florentinos, pro restitutione Status quondam Marchionis Spinete de Fivezano[21], olim soceri dicti comitis Amorati, tanquam res pertinentes uxori suę et sororibus ipsius uxoris, quę est apud dictum comitem Amoratum; responsum quod cogitabitur et respondebitur. 15

1479 die XXVII januarii, de mane.

Congregatis, ut supra, Senatoribus et Secretariis infrascriptis, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Johanne Jacobo de Trivultio, 20
d. Orpheo de Richavo,
d. Petro de Landriano,
d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta } secretariis. 25
d. Bartholomeo Chalco }

p 71 Francisco Ricio, cancellario.

Post lectas litteras, quas christianissimus Rex Francię scribit domino Baptistę de Campofregoso et domino Hibletto de Flisco, fuit conclusum quod littere domino Baptistę mittantur; littere, autem, directive ad dominum Hyblettum retineantur, quia non sunt ad propositum desiderii sue Majestatis et Principum nostrorum. Et ita fuit dictum regio caballario, qui ita faciendum 30

[a] *Agg. nell'interlineo.*

21. Fivizzano (Lunigiana). Cfr. *Acta* I, 160.

esse dixit quod Rex precipit quod faceret de dictis litteris voluntatem Principum nostrorum.

Fuit auditus dominus Cesar Valentinus, orator illustrissimi Ducis Ferrarie, et legi fecit litteras prefati Ducis circa rem decimarum, quas petit exigi in eius Dominio, pro satisfactione censuum preteritorum, allegando multas rationes, quibus hoc concedi debeat etc. Cui Oratori, habita consultatione, fuit responsum quod illustrissimi Principes nostri desiderant semper omnia commoda sue Dominationis et quod hoc remittit voluntati suę, quod faciat comodum suum, comunicato tamen consilio cum aliis Confederatis et faciendo cum summa prudentia et advertat ne nominet aliquo pacto habere in hoc voluntatem Principum nostrorum, nec det eis aliquod caricum, etc.

Fuit auditus Nicolosius Bringerius, nuncius Marchionis Finarii, qui, nomine dicti Marchionis, rogavit Principes nostros, ne constringant eum ad expellendos Adurnos, affines et amicos suos, attento quod, nunc, Principes nostri non habent dominium Janue et quod dominus Baptista, dux Januę, est inimicus dicti Marchionis; supplicavit, etiam, ut Principes nostri retineant in se arcem Nolarum. Cui Nuncio, post consultationem, fuit responsum quod, licet non videatur honestum quod dicti Adurni, qui fecerunt amitti Januam, receptentur a Marchione Finarii, adherenti et feudatario illustrissimorum Principum nostrorum, tamen, ad complacentiam ipsius Marchionis, Principes nostri patientur quod receptentur ut supra, modo fiat honeste, et laudant quod Augustinus Adurnus vadat ad suum castellum etc.; de arce Nolarum, responsum fuit data esse contrasigna domino Baptiste de Campofregoso, etc.

Comiti Amorato Torello ad ea, quę petiit heri, fuit responsum quod habebitur sermo cum Oratore florentino et Principes nostri hortabuntur eum ad exhortandum suam excelsam Rempublicam ad exequendum desiderium ipsius comitis Amorati etc.; et quicquid habebitur responsionis notificabitur ei.

Fuit impositum Leonardo de Parma, ut vadat versus Parmam, ad providendum, ne Gentibus armigeris nostris in Lunensi deficiant victualia, et provideat ut ei melius videbitur. Fuit responsum d. Antonio Trotto ad ea, quę petierat, alio die, de conducendo se ad servitia Principum nostrorum, quod ipsi Principes libenti animo accipient eum, sed, nunc, propter gravissima dispendia, non possent; ideo, suadent ut conducat se cum Florentinis, pro sex mensibus, aut pro uno anno, et, interim, Principes nostri habebunt modum satisfaciendi ipsi d. Antonio; qui respondit hoc non esse id quod sperabat et desiderabat et quod ibit et cogitabit super facto suo; deinde, respondebit, cras, aut alio die.

Fuit etiam conclusum quod circa rem Dominici Georgii pro illis sexmilibus ducatis, respondeatur magnifico Oratori veneto secundum quod infra legitur; et dicta responsio legatur ei per me Franciscum Ritium et dicatur quod mittitur exemplum Oratoribus, qui sunt Venetiis, qui legent pariter illustrissimo illi Dominio.

Fuit admissus d. Gulielmus de Blandrate, orator illustris Marchionis Montisferrati[22]; et, ipso presente, fuit dictum Antonio de Landriano, generali thexaurario, quod illud residuum stipendii dicti Marchionis accipiat ad interesse sumptibus Principum nostrorum et persolvat ipso d. Gulielmo et expediat eum, hodie, ut cras discedere possit. 5

Deinde, fuit dictum ipsi d. Gulielmo quod vadat ad prefatum Marchionem et dicat eius Dominationi, nomine nostrorum Principum, quod, nisi pax sequatur, de qua bene speratur, illustrissimi et excellentissimi Principes nostri confisi in affinitate, amicitia, et mutuis obligationibus, quę sunt inter ipsum d. Marchionem et suam Excellentiam, si usu venerit, utentur persona et armigeris 10 eius, ubi melius videbitur, pro hoc Statu, iuxta formam capitulorum, que sunt inter ipsos, et ipsi dabunt prestantiam stipendii pro bello; quare vellent nunc ab ipso[a] Marchione in quot diebus, post datam ei prestantiam, posset esse expeditus cum sua comitiva, ad quam tenetur in tali casu, ad reperiendum se in facto, ubi Principibus nostris videretur necessarium, et de hoc faciat quod habeatur 15 cito responsum.

Dictus d. Guielmus respondit quod libenter exequetur, ut supra.

Die XXVII januarii, post prandium.

Congregatis suprascriptis.

Super supplicatione Comunitatis Terdone, conquerentis quod Comestabiles 20 portarum usurpant totum territorium fossarum etc., conclusum quod scribatur Commissario Ultrapadum quod detur Comestabilibus predictis debita portio territorii[23].

p 74 Super supplicatione Phylippi et fratrum de Bivilaquis, asserentium se esse creditores domini Hugonis de Sancto Severino scutorum 179 mutuatorum 25 in Lugduno, conclusum quod committatur Thexaurario Generali quod retineat super provisione dicti domini Hugonis et exburset ipsis de Bivilaquis.

Fuit mandatum domino Manfredo Tornielo quod obediat Commissario et Officialibus Novarię de non portando arma.

Fuit conclusum quod, attenta virtute et fidelitate domini Antonii Trotti, 30 omnino acceptetur ad stipendia illustrissimorum Principum nostrorum, et quod tres aut quattuor ex Consiliariis curam habeant dandi formam conditioni et conductę ipsius; et ipse illam acceptet, sed, pro nunc, perseveret ad[b] servitia Bono-

[a] *Segue cancellatura.* [b] *Su raschiatura.*

22. Il marchese Guglielmo, vedovo di Maria di Foix († 1467), aveva sposato (1469) Elisabetta, figlia di Francesco Sforza († 1473).

23. I comestabiles ducali soprintendevano 35 alle porte: di S. Martino, di S. Quirino, di S. Stefano, del Leone.

niensium, pro tempore, quo obbligatur, et, ad festum sancti Georgii proximi, mittat unum ex suis, cum quo expedietur dicta conducta. Et, ita, vocato ipso domino Antonio, fuit ei responsum et declaratum, ut supra; qui libenti animo acceptavit.

5 Fuit ordinatum quod littere in beneficium filiorum d. Christofori Pagnani, ipse dominus Christoforus possit alienare bona stabilia propter infirmitatem alterantem mentem etc., expediantur; et, sic, omnes Consiliarii subscripserunt ipsam minutam, absente Petro Landriano dumtaxat.

1479 die XXVIII januarii, de mane.

10 Congregatis, ut supra, Senatoribus infrascriptis, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino,
d. Johanne Jacobo Trivultio,
15 d. Orpheo de Richavo,
d. Petro de Landriano,
d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta
20 d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonetta

Francisco Ritio, cancellario. p 75

Fuit conclusum, ordinatum et dictum d. Bartholomeo Chalco et domino Antonio Landriano, generali thexaurario, quod faciant ut Augustinus de Trivultio 25 solvat illud residuum stipendii illustri domino Marchioni Montisferrati et ei dent assignationem dicti Marchionis et faciant litteras ducales, quibus promittatur ipsi Augustino quod illustrissimi Principes nostri solvent ei interesse, quousque exegerit dictam assignationem; et, quando non posset exigere, poterit retinere ex suis datiis [a].

30 Super supplicatione Cressini de Applano, caporalis peditum, petentis suspensionem causę, quam habet cum Otolino de Cauciis coram domino Thoma Ciriolo, doctore cremonensi, propterea quod est absens in servitiis ducalibus in partibus Lunensibus, conclusum quod fiat suspensio usque ad eius reditum et dies octo ultra.

35 [a] *Parzialmente corr.*

Super supplicatione Beltramini de Galiate dicti Monete, alias armorum familiaris, petentis remitti, vel saltem quod relinquantur sibi arma et equi, qui sunt sui, conclusum quod nullo modo remittatur; sed ordinetur cum comite Borella quod relinquat ei arma et equos.

Fuerunt lecte quedam littere Lanzelotti de Macedonia [24] ad regem Ferdinandum, quę fuerunt intercepte, et fuit conclusum quod mittantur ad Oratorem[a] nostrum[a] in Francia, qui eas ostendat christianissimo domino Regi Franchorum, de cuius Majestate et Statu tam male loquitur et scribit dictus d. Lanzelotus; et quod illi, qui dictas litteras intercepit, fiat aliqua retributio.

Super supplicatione Gabrielis et fratrum de Pizonibus, petentium executionem comitti contra Paulum de Modoetia etc., fuit conclusum quod compositio, superioribus diebus, inter eos tractata de ducentis sexaginta tot ducatis, locum habeat; et, ex nunc, dicatur Paulo de Modoetia quod solvat dictos ducatos, cum effectu, dictis de Pizonibus, intra dies octo; quod, si non fecerit, comittatur contra eum executio sententię in hac re latę per d. Johannem Antonium Sparvariam.

Super supplicatione Clare de Ghisulfis, relictę quondam comitis Leonori de La Pergula, conquerentis quod filii comitis Angeli negant persolvere ei ducentos[b] florenos, anno quolibet, pro alimentis sibi a prefato q. comite Leonoro relictos, allegando habere bona feudalia et non hereditaria etc., fuit conclusum quod vocetur huc ille Presbyter; qui pro dictis de La Pergola comparuit ad recognoscendum feudum etc., et ei precipiatur, ut provideat dari dictę d. Clarę dictos ducentos florenos pro alimentis, aliter fiet alia opportuna provisio.

Eodem die, post prandium.

Congregatis, ut supra, Senatoribus[c] suprascriptis.

Fuit dictum et ordinatum quod littere salviconductus et provisionis conservandi locum Vigoleni nomine nostrorum Principum, concessę comiti Jacobo et fratribus de Scottis, serventur inviolate.

Fuit conclusum quod uxores et filii illorum de Burgo Vallis Tari et villarum, qui noluerunt obedire Principibus nostris, et secuti suprascriptum dominum Hiblettum, expellantur ex toto Dominio.

Lectis litteris Vicarii domini Potestatis et Commissarii Papię, deputati ad syndicandum Johannem Antonium de Belcredo, potestatem Arenę, quibus signifi-

[a] *Parzialmente corr.* [b] *Segue* ducatos *cancell.* [c] *Segue* infrascriptis *cancell.*

24. Lancellotto Macedonio, ambasciatore di re Ferrante, fu per lungo tempo alla corte di Castiglia.

catur qualiter acordavit omnes nobiles illius terre et Comunitatem, invicem, qui contentantur quod idem Johannes Antonius de Belcredo, potestas[a] Arenę, remittatur ad officium suum, conclusum quod fiat expeditio opportuna pro remittendo ipsum et, post tempus suum, detur illud officium. p 77

5 Die XXVIIII januarii 1479, de mane.

Congregatis, ut supra, Senatoribus infrascriptis, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino,
10 d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Petro de Landriano,
d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Symonetta.

15 D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonetta

Francisco Ritio, cancellario.

Fuit vocatus d. Johannes Angelus de Florentia, orator iturus Romam; et, 20 eo presente, fuit lecta particularis instructio ei danda et fuit comprobata; et ordinatum quod, omnino, die crastina, discedat et, hoc vesperi, veniet huc, ad accipiendam licentiam etc.

Deinde, fuit auditus magnificus dominus Hieronymus Morellus, orator florentinus, qui exposuit se habuisse heri litteras a Dominis suis, quibus aguntur 25 gratie Principibus nostris de grata responsione ei facta de subsidio dando, in tempore novo, non minori, quam dederint, anno preterito, et de concurrimento ad protectionem Statuum Dominorum Arimini et Pisauri, si conducantur ad stipendia sua et Venetorum, licet non possent ipsi Domini nostri illustrissimi concurrere ad portionem stipendii, ad quam, tamen, mirifice et efficaciter hor-30 tatus est Principes nostros ne Veneti habeant causam effugiendi hoc; et dixit de aequanda contributione, videlicet, quod etiam conducta illustrissimi Ducis p 78

[a] *Corr. su* potestate

Ferrarie aglutinetur cum dicta conducta prefatorum Dominorum et solvatur ęqualiter per tercium etc.

Deinde, dixit quod excelsa Dominatio Florentina, videns inimicorum preparationes, directas ad bellum et non ad pacem, duxit opportunum et necessarium quod provideatur ex parte illustrissimi nostri Foederis ad resistendum et offendendum inimicos, et quenadmodum Principes nostri aperte[a] dixerint quod subsidium sint prestaturi, ita debeant etiam Veneti dicere libere quod sint facturi pro debito Ligę; et ideo scripserunt Florentini domino Thome Soderino, oratori suo Venetiis residenti, prout in exemplo, quod hic legi fecit, continetur ad scisitandum a Venetis quidnam subsidii daturi sint ipsis Florentinis, casu quo pax non sequatur; et lectum fuit dictum exemplum quod omnibus summopere placuit et fuit comprobatum. Deinde, dixit prefatus Orator quod Principes nostri dignarentur cito expedire Gentes suas, ituras ad presidium in Thusiam et quesivit de gubernatore futuro dictarum gentium et condoluit nomine suę Reipublicę de motibus Ducis Bari et domini Lodovici Sfortię contra hunc Statum, scisitans quemnam casum faciunt de hoc Principes nostri et quas provisiones faciunt, offerendo ad beneficium Principum nostrorum omnes facultates Reipublice suę; dixit etiam an societas domini Johannis Bentivolii sit itura ad eorum subsidium.

Cui Oratori fuit responsum quod super omnibus prepositis per eum habebitur matura consultatio et fiet responsio determinata. Fuit, etiam, dictum ipsi Oratori de facto comitis Amorati Torelli, qui petit sibi restitui Statum soceri sui in Lunensi; ad quod ipse Orator respondit quod scribet Dominis suis.

Eodem die, post prandium.

Congregatis suprascriptis Senatoribus, et ut supra.

Alexandro Colletta, cancellario.

Super petitione facta per Donatum de Comite pro diferentia quam habet contra Luchinum Trincherium et Jacobum de Fagnano, conclusum quod admoneatur Johannes Antonius de Ferrariis[b], commissarius[c] dicte cause, quod cito expediat ipsam causam, juxta commissionem suam.

Fuit conclusum quod illis de Valle Tellina donetur datium mille corrazinarum, quas ement pro deffensione Status Ducalis contra Svyceros.

Conclusum quod scribatur Commissario et Potestati[d] Clavenne quod mittat semel in hepdomada[e] Vicarium suum ad reddendum jus in Valle S. Jacobi.

[a] *Corr. su* aparte [b] *Nel testo* Frrariis [c] *Corr. su raschiatura.* [d] *Segue* Papie *cancell.* [e] *Parzialmente corr.*

1479 die XXX januarii, de mane.

Congregatis infrascriptis Senatoribus, videlicet:

d. Episcopo Comensi,
d. Palavicino,
5 d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo Trivultio,
d. Petro de Landriano,
d. Azone Vicecomite,
10 d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonetta

p 80

Alexandro Colletta, cancellario.

15 Admissus fuit magnificus d. Hieronymus Morellus, orator florentinus, cui lecta fuit responsio facta prepositionibus suis, factis hesterna die, que erant quinque partium et in ea responsione repetite omnes ipse partes; et demum lecta fuit minuta directiva ad Oratores ducales in Venetiis, in substantiam quasi suprascriptam; que omnia approbata fuerunt a dicto Oratore et conclusum quod de-
20 tur sibi copia tam responsionis quam minute.

Fuit etiam notificatum prefato Oratori de ordine capto cum domino Johanne Jacobo de Trivultio de mittendo illo Nuncio, ut supra; qui d. Orator approbavit et etiam omnes Consiliarii approbaverunt et prout notatum est in forma verborum etc., que reponetur in filzia etc.

25 Propter ea, que scripsit Hieronymus Crottus ex Pontremulo, videlicet, quod habet modum deaviandi ex peditibus inimicorum, conclusum quod scribatur domino Johanni de Comite et aliis Commissariis videant si isti pedites possent haberi cum intentione quod veniant in istas partes Lombardie, pro necessitate operandi eos.

30 Responsum fuit domino Johanni Antonio Cotte, qui petit, nomine suo et fratrum, posse fortificare fortilitium Ormi, positum in Valle Cui[25], quod illustrissimi Domini nostri contentantur concedere sibi talem licentiam, cum hac condicione: quod taliter fortificent quod non possit capi per bataliam a manibus et teneant illud bene munitum; et, item, quod non arctent homines Vallis

35 25. La Valcuvia era feudo della famiglia Cotta.

ad contributionem fortilitii preter eorum voluntatem, quod esset ponere ipsos in desperationem; et ipse d. Johannes Antonius respondit se facturum.

p 81 Super supplicatione Antonii de Segnio, petentis veniam pro Ambroxio eius filio etatis annorum XV detento propterea quod ipse et Johannes Antonius Mognus etatis annorum XVII, invicem, usi sint actu sodomitico, conclusum quod committatur Capitaneo Justicie Mediolani quod liberet ipsum, annullando omnem processum, faciendo dari sibi XX staffilatas. 5

Fuit conclusum quod scribatur Commissario Parme, ut in nocte claudi et custodiri faciat portonos plateę Parme; item, quod scribatur ipsi Commissario Parme et d. Episcopo quod mittat ad perscrutandum[a] ne aliquid motus excitetur in Valle Cavaleriorum. 10

Die ultimo januarii 1479, de mane.

Congregatis infrascriptis, ut supra, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
d. Palavicino, 15
d. Petro Landriano,
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Symonetta. 20

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonetta

Alexandro Colletta, cancellario.

Admissus fuit magnificus Hieronymus Morelli, orator florentinus, cui dictum 25 fuit quod illustrissima Domina nostra, que supramodum desiderat pacem, laudat quod ab omni latere pax queratur; et ita eius Excellentia deliberavit mittere Romam d. Archypresbyterum Varcii ad Pontificem et ad comitem Hieronymum, persuadendo sibi quod petitiones comitis Hieronymi debeant esse circa p 82 provisionem suam, quam alias petiit toti Lige, debeat petere terram Boschi et 30 item Abbatiam Clarevallis Placentię pro Cardinale Sancti Georgii, eius nepote, ad que omnia Excellentia sua condescendet; et, item, ad petitionem Imolę

[a] *Parzialmente corr. con ripasso di penna.*

cum tota Liga; adiunctum etiam fuit quod pro securitate sua idem comes Hieronymus petit facere affinitatem cum magnifico Laurentio. Qui d. Orator respondit quod scribet Laurentio etc.

Eodem die, post prandium.

5 Convocatis et congregatis iisdem Senatoribus, ut supra.

Fuit auditus d. Christoforus Cambiagus, ducalis secretarius, qui rettulit Senatores ducales Consilii Secreti in Curia Arenghi Mediolani, consultatis litteris Andreę de Lampugnano, scribentis ex Seduno de pace quam Svyceri nolunt consentire, nisi tractetur in terris suis, consideratis condicionibus presentium 10 temporum, quod fiat mandatum in dictum Andream, cum clausula quod nihil concludere possit nisi nobis consultis. Deinde, habito salvoconductu, vadat cum Episcopo Sedunensi ad tractandam dictam pacem; hoc idem approbaverunt hi omnes Senatores et commiserunt dicto d. Christoforo, ut faciat minutas scripturarum necessariarum, et, cras, in mane, consultet[a] cum Senatoribus in Curia; 15 deinde, post prandium, veniat huc.

Fuit vocatus comes Amoratus Torellus et ei fuit dictum quod illustrissimi Principes nostri, liceat non teneant ad hoc, tamen in recognitionem bonę fidei comitis Marsilii, qui habet in suam custodiam arcem Novarum, sunt contenti et sponte offerunt solvere XXV ducatos, mense quolibet, ipsi comiti Marsilio, 20 pro custodiendo dictam arcem cum iis paghis, quę sibi videbuntur, et teneat dictam arcem pro Principibus nostris, sicut obligatus est.

Item, fuit dictum quod Johannes de Zuchis mittatur pro commissario Laude[26].

Item, fuit deliberatum et conclusum quod scribatur illustrissimo Duci Fer- p 83 25 rarię pro capiendo Johanne de Cavaletto et consignando cuicumque nuncio Gubernatoris Parme. De hoc etiam scribatur dicto Gubernatori, qui, si habuerit[b] dictum Johannem in manibus, eum teneat sub bona custodia, examinando eum diligenter de machinamentis etc., et adviset, expectando responsionem.

Item, fuit conclusum quod scribatur Commissario Berselli, ut modeste se 30 gerat cum Potestate Viadanę, diligenter tamen observando ordines super peste, de qua scribat litteras separatas etc.

Portinario respondeat circa petita quod servet ordines super peste.

[a] *Parzialmente corretto.* [b] *Nel testo* habuerint

26. La Commissaria e la Podestaria di 35 Lodi formavano dal 1473 un'unica carica. Giovanni Zucchi, di origine cremonese, era uomo espertissimo nell'amministrazione locale; per non dire delle sue commissarie e podestarie in centri minori, si ricordi che fu, nel 1463, commissario a Parma, nel '71, commissario a Geradadda, nel '76 podestà a Parma, fino al mese di giugno, quando fu mandato podestà a Genova. Fu nominato a Lodi il 1 marzo 1479.

Item, quod faciat reparare Pellangatum illius terre et impensa fiat more solito; malefactores alterius jurisdicionis Judici suo remittat, nisi pro facto Status, in quo casu adviset et responsionem expectet.

Conclusum quod Johannes Zuchus mittatur commissarius Laude.

Deinde, fuit scriptum etiam Commissario Berselli predicto quod de Officiali, qui tenetur ibi per Capitaneum devetus, respondeatur quod prestet patientiam ut servetur solitum. 5

Die primo februarii 1479, de mane.

Congregatis infrascriptis Senatoribus, ut supra, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi, 10
d. Palavicino,
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Petro de Landriano,
d. Azone Vicecomite, 15
d. Ciccho Symonetta.

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonetta

p 84 Francisco Ricio, cancellario. 20

Fuerunt lecte littere scripte ab Oratoribus qui sunt Venetiis de conducta d. Roberti de Sancto Severino dissoluta in nihilum, propter eius immoderatas petitiones; et de conducta Dominorum Arimini et Pisauri etc.

Fuit, deinde, auditus magnificus d. Hieronymus Morelli, orator florentinus, qui, nomine suę excelse[a] Reipublicę, ostensis et lectis litteris eiusdem, efficacissime hortatus est Principes nostros ad contribuendum pro tercio ad predictam conductam Dominorum Arimini et Pisauri. Et eidem fuerunt lectę prefate litterę ex Venetiis; et, tandem, fuit conclusum quod habeatur matura consultatio super predictis; et, deinde, ei dabitur opportuna responsio. 25

Venit postea Christoforus Cambiagus, ducalis secretarius in Consilio Secreto in Curia Arenghi Mediolani, et legi fecit minutas et formam mandati et litterarum expediendarum ad Andream de Lampugnano, ducalem cancellarium, residentem apud Episcopum Sedunensem[b] pro pace tractanda cum Alamanis seu Svyceris; 30

[a] *Corretto su* Excellentie [b] n *agg. nell'interlineo.*

quę littere et forma mandati fuerunt comprobate et ordinatum quod expedirentur etc.

Fuerunt, deinde, lecte et date eidem d. Christoforo littere Petri Pauli Pegii, et commissum fuit ut eas legeret in Consilio Secreto predicto, excepta parte 5 de[a] capiendo Nicolao d. Francii de Bormio; quam partem deberet tenere sub scilentio.

Eodem die, post prandium.

Congregatis suprascriptis omnibus, ut supra.

Fuit auditus magnificus d. Antonius Donatus, orator venetus, qui expo- 10 suit nomine sui Dominii, quod Albertus Della Bancha, qui nomine illius Dominii moratur Lucernę, scripsit quod licet Confederati Alamani sint elati et commoti propter victoriam habitam in Leventina, tamen sunt inclynati ad pacem p 85 cum Principibus nostris, et eis erit grata interpositio Dominii Veneti, etc., prout in eius[b] litteris, que lecte hic fuerunt, continetur; et obtulit operam sui Dominii. 15 Deinde, dixit quod illud Dominium, durante bello in Tuscana, vult et promittit dare in subsidium Florentinorum et Lige duomilia equorum et millequingentos pedites.

Item, quod vult conducere ad stipendia sua, suis propriis sumptibus, Dominum Arimini, modo Florentini conducant Dominum Pisauri[27], suis pro- 20 priis sumptibus.

Item, nomine quo supra, hortatus[c] est ad[d] intermittendas practichas pacis, quia necessaria est, propter apparatus Turchorum et ideo expediantur Oratores Romam, qui una cum regiis Oratoribus Francię pacem tractent et quod Orator venetus discedet infra biduum et portabit opportuna mandata Florenti- 25 nis, ubi fient manifesta nostris Oratoribus; et dixit quod littere Dominii sui sunt dierum XXVIIII° januarii.

Item, dixit quod illud illustrissimum Dominium scribit quattuor suis Cardinalibus, qui sunt Romę, ut intuytu religionis Christianę, quę ex bello Italice ruynę exposita videtur, velint pro pace operari apud Summum Pontifi- 30 cem etc. Quibus omnibus auditis et aliquantulum consultis, fuit dictum ipsi Oratori quod consultabitur cum illustrissima Domina nostra; deinde respondebitur et interim afferentur littere nostre ex Venetiis.

[a] *Aggiunta nell'interlineo.* [b] u *soprascritto.* [c] *Corretto su* con [d] *Segue* non *cancellato.*

35 27. Cioè: Roberto Malatesta e Costanzo Sforza.

Deinde, d. Nicodemus et d. Ziliolus[28] retulerunt super loco dando Servis de Observantia, quibus fuit dictum quod referant dominis de Consilio Secreto in Curia Arenghi, qui provideant opportune.

p 86 Conclusum super negocio Bernardini de Carnago quod det fideiussionem de CC. ducatis; que fideiussio remaneat firma usque ad Sanctum Michaelem[a], quod ipse Bernardinus non[b] desaviabit aliquos magistros ab armis, nec famulos eiusmodi magisterii ex Mediolano; item conclusum quod possit conducere Ferrariam ballas quinque armorum vendendorum illic; et si non poterit vendere illic omnia suprascripta, liceat conducere Bononiam omnia ea, que supererint, cum hoc, quod, tam ex Ferraria quam ex Bononia, afferat fidem de consignatione.

Fuit etiam conclusum quod d. Michael Battaliȩ et comes Borella vadant ad Abbatiam Clarȩvallis in Placentino, ordinando prius[c] quod tota Familia armorum illuc conveniat, et ibi sit unus qui det denarios provisionis sue dicte Familie; et ipsi d. Michael et comes Borella allogient dictam Familiam, quam commodius poterunt et provideant, ut vivat honeste sine laesione subditorum et fiant littere patentes, quibus detur facultas ipsis comiti Borelle et d. Michaeli Bataliȩ puniendi delinquentes ex dicta Familia.

Super supplicatione Johannis Petri de Bernadigio, cancellarii et notarii ad officium Deputatorum super bladis, petentis suspensionem causȩ vertentis coram Potestate Mediolani inter ipsum supplicantem, tanquam maritum et procuratorem Helisabet de Biffis, et Catherinam de Biffis, propterea quod vadit cum d. Antonio de Besana pro re ducali Bussetum, conclusum quod committatur dicto Potestati quod in dicta causa supersedeat usque ad reditum dicti supplicantis.

Conclusum quod fiat salvuscunductus Bartholomeo Morono, dicto de Pontevico, per menses duos.

p 87

1479 die 2° februarii, de mane.

Congregatis in camera columbinarum infrascriptis, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
d. Palavicino,
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Petro Landriano,

[a] *Segue* propterea *cancell.* [b] *Segue* dixit quod *cancell.* [c] prius *corretto su raschiatura.*

28. Nicodemo Tranchedini (uomo di stato di alto rango) e Gigliolo Oldoini (amministratore espertissimo), dei quali son piene le pagine degli *Acta*.

d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta[a]
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
5 d. Johanne Jacobo Symonetta

Francisco Ricio, cancellario.

Fuit conclusum quod Comiti de Matia[29] agantur gratie copiosissime cum efficacissimis litteris ducalibus, pro liberatione Petri Pauli Pegii, ducalis familiaris, destinati ad dominum Ducem Austrię; qui Petrus Paulus fuerat detentus 10 a subditis Episcopi Curię. Fuit, etiam, conclusum quod mittatur dicto Comiti de Matia dono villutum crimesile pro una turcha et brochatum aureum pro una dyployde; et scribatur quod velit operari pro recuperatione equorum et rerum ablatarum ipsi Petro Paulo.

Item, fuit conclusum quod mittatur ad custodiam Tizani unus Caporalis 15 cum decem provisionatis, qui se intelligant cum Potestate, pro conservatione illius terre.

Item, fuit conclusum et commissum comiti Borelle et d. Michaeli Batalie et Leonello de Cemo quod omnino discedant cras et vadant ad Abbatiam Clarevallis placentine et illuc convocent totam Familiam armorum; et dictus Leo-20 nellus numeret eis denarios provisionis suę; et detineant Morellum de Moragnana, familiarem armorum, pro quadam practicha contra Statum, et captum sub bona custodia consignent d. Gubernatori Parme; de qua re scribatur ipsi Gubernatori, cui etiam scribatur quod debeat castigare Lodovicum de p 88 Sancto Bassiano, provisionatum de Squadra Jacobini Crivelli, qui vulneravit 25 famulum Potestatis; item quod admoneat Bartholomeum Genuensem, provisionatum, ut revereatur Potestatem et modeste vivat cum eius Familia; et, si hoc non fecerit, eum castiget prout meritus fuerit.

Item, fuit conclusum et commissum Montichio et ser Alexandro de Fulgineo quod mittant unum Caporalem Parmam, loco et scontro dicti Jacobini, 30 quem abinde statim revocent huc.

Item, conclusum quod scribatur Leonino Bilię, ut habeat in manus illum Johannem Falciam, detentum a Potestate Bormii, et, ipso diligenter examinato, mittat ad Principes nostros eius examen et confessionem, expectando responsum etc.

35 [a] *Scritto nell'interlineo.*

29. Gaudenzio von Matsch, figlio di Ulrico IX, sposo d'Ippolita, figlia di Cicco Simonetta, fu nominato Consigliere Segreto il 4 aprile 1479; † 1504.

Johannes Bottus et Antonius de Landriano, ducalis thexaurarius, dixerunt qualiter una cum Magistris Intratarum studuerunt invenire denarios pro necessitatibus Status, et invenerunt unum partitum Cremone, videlicet, habendi sexdecimmilia librarum imperialium, XVIm. sextrarios frumenti ad computum solidorum XVI. pro sextario; ita quod conducto huc dicto frumento et omnibus computatis cum eo quod perderetur in vendicione dicti frumenti esset proinde ac si solverent duo pro centum; et quod attenta necessitate denariorum, videtur dictis Magistris acceptandum hoc partitum; et quod dictum frumentum conducatur in hoc castellum pro munitione et vendatur frumentum vetus quod de presenti. Quibus auditis, fuit conclusum et responsum dictis Magistris, qui melius intelligunt hanc rem, faciant prout eis videbitur.

Item, fuit conclusum quod scribatur Commissario Berselli, ut faciat refieri pontem succursus illius arcis versus Padum cum illis LX. libris imperialium et aliis per eum reperiendis, de quibus scripsit, commendando ipsum de ordine posito ad custodias faciendas et quod faciat reponi in arcem omnia blada domini Lodovici Sfortie et quod debeat precipere Morello Caymo, olim factori ipsius d. Lodovici, quod discedat statim ex illa terra; similiter faciat reponi in arcem omnes alias res ipsius d. Lodovici, faciendo inventarium, cuius copiam mittat ad Principes nostros.

Item, fuit conclusum quod scribatur Castellano arcis Berselli quod diligenter et fideliter custodiat illam arcem, pro Principibus nostris; intelligat etiam ipse Commissarius omnes debitores dicti d. Lodovici et mittat notam ad Principes nostros.

Item, fuit conclusum quod scribatur Commissario Novarię, ut committat Syndicatori cognitionem verborum, quibus usus fuit Leonardus Astulfus contra Statum et, reperta veritate, jus faciat.

Die II februarii, post prandium.

Congregatis Senatoribus suprascriptis, ut supra.

Conclusum quod, occurente quod Franciscus Soxosatus relinquat militiam, ponatur, loco sui, pro squadrerio, Alexander de Cemo.

Fuerunt, deinde, lecte littere ordinate ad Petrum Paulum Pegium et ad Comitem Amatii et ad Episcopum Curiensem et Abbatem, eius nepotem, et fuerunt comprobate ut expedirentur.

Fuit, etiam, dictum d. Christoforo Cambiago, ducali secretario, quod referat Senatoribus de Consilio Secreto, ut, vocatis Doctoribus de Consilio Justicię, excepto d. Johanne Aloysio Bossio, examinent quid faciendum pro sedanda, finienda et terminanda omni diferentia, que vertitur inter comitem Bartholomeum Scottum et nepotes, et referant.

Fuit vocatus Gabriel Palearius et admonitus quod se ordinet ad eundum Lucam pro conservanda illa Republica una aliis Oratoribus Lige ad servandas obligationes ipsius Lige[30]. p 90

Fuit, etiam, conclusum quod scribatur illustrissimo Duci Ferrarie, quod
5 ponat ordinem ad passus suos Cerri ut capiantur inimici et eorum nuntii illac transeuntes, et eorum littere aperiantur et examinentur pro intelligendo eorum practichas.

Similiter scribatur Commissario Placentie.

Fuit vocatus dominus Zacharia de Pisis, orator illustris d. Marchionis Man-
10 tuę; ei fuit intimatum quod illustrissimi Principes nostri ex nunc requirunt et confirmant prefatum Marchionem ad sua stipendia pro anno beneplaciti; ulterius, illustrissimi Principes nostri admonent ipsum, ut sit in ordine, quia intendunt valere se de eius persona et Gentibus in bello, tam intra Dominium Ducale, quam extra, in Thusia et aliis in partibus; et vellet nunc clarificari an ipse
15 d. Marchio velit hoc acceptare, scilicet, de eundo cum persona et Gentibus extra Dominium, ut supra, et cum quot armigeris et peditibus serviet pro stipendio belli, habita prestantia, quę dabitur ei congruo tempore, ita quod ad calendas apriles poterit esse in expeditione; et tunc intelligatur incipere stipendium pro bello. Qui d. Zacharias respondit quod scribet et ibit ad referendum hoc
20 ipsi d. Marchioni et quod operabitur etc.

1479 die III februarii, de mane.

Congregatis, ut supra, Senatoribus infrascriptis, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
d. Palavicino,
25 d. Orpheo de Richavo,
d. Azone Vicecomite,
d. Petro de Landriano.

D. Johanne Symonetta } secretariis. p 91
d. Bartholomeo Chalco }

30 Francisco Ritio, cancellario.

Conclusum fuit quod imputationes date Referendario Terdone per Comunitatem committantur Magistris Intratarum.

30. Gabriele Palearius o de Paleariis, che qui incontriamo in missione diplomatica pres-
35 so la Repubblica di Lucca, da Segretario ducale e temporaneamente (1473) sostituto tesorierer generale, raggiunse sotto il Moro l'ufficio di Maestro delle Entrate Ordinarie.

Fuit vocatus dominus Johannes Aloysius Bossius[31] et admonitus quod[a] se ordinet et expediat quia illustrissimi Principes nostri volunt quod vadat ad illustrem d. Marchionem Mantuę[b] pro rebus, quę hoc vesperi ei dicentur; ideo redeat hoc vesperi.

Super supplicatione Bernardini de Carchano supplicantis quod puniatur Chitonus et Maynus homicidę personę Martini de Rodello, fuit conclusum quod committatur Capitaneo Justicię Mediolani, quod jus faciat. 5

Eodem die, post prandium.

Congregatis suprascriptis, addito d. Johanne Jacobo Symonetta.

Fuit conclusum quod d. Sfortię Secundo complaceatur de domo Ducis Barri pro habitatione sua, pro ista vice, qua vocatus est huc a Principibus nostris. 10

Fuit vocatus magnificus d. Hieronymus Morellus, orator florentinus, et ei fuerunt lectę litterę ex Venetiis circa conductam Dominorum Arimini et Pisauri, videlicet, quod illud illustrissimum Dominium Venetum vult conducere ad stipendia sua Dominum Arimini et excelsi Florentini conducant Dominum Pisauri; et, etiam, de Oratoribus, mittendis Romam, sine aliqua mora, pro pace tractanda, una cum regiis Oratoribus Francię; et de scribendo Cardinalibus, juxta formam litterarum missarum, huc, a Dominis Venetis, qui obtulerunt, etiam, si pax non habebit effectum, dare in subsidium Florentinis 2000 equorum et 1500 peditum. 15 p 92 20

Quibus omnibus lectis, suprascripti Senatores hortati sunt ipsum Oratorem, nomine Principum nostrorum, ad hortandum suam excelsam Rempublicam ad conveniendum in hac re cum Venetis et cum Principibus nostris de mittendis Oratoribus Romam, quam celerime; et noster iam discessit; et similiter conveniant ad conducendum Dominum Pisauri, suis sumptibus, et Veneti conducant Dominum Arimini etc.; et circa conductam dictorum Dominorum non opus est nos aliud respondere. Qui d. Orator respondit hoc sibi placere et quod libenter scribet ad Dominos suos et sperat quod non discrepabunt. 25

Fuit commissum d. Michaeli Battalię quod omnibus armorum Familiaribus, qui sunt in Mediolano et Mediolanensi dari faciat denarios sui stipendii, precipiendo eis quod infra triduum post acceptos denarios, discedant versus Abbatiam Clarevallis Placentię; et, si secus fecerint, ex nunc, intelligantur cassi. 30

[a] *Corretto parzialmente.* [b] Monstisferrati *espunto.*

31. Della distinta famiglia per cariche di alto rango, era stato nominato, il 28 dicembre 1472, consigliere nel Consiglio di Giustizia. 35

Fuit etiam conclusum quod mittatur Franciscus Horumbellus ad revidendum terram et arcem Castri Arquati et quid sit necessarium pro sicuritate illius loci; deinde, compellat d. Chriseydam[32], seu agentes pro ea, ad providendum opportune. Similiter, vadat ad Castrumnovum in Parmensi et faciat idem.

5 Item, fuit conclusum quod Phylippus Ferrufinus vadat ad Ordinarios Ecclesię Maioris Mediolani et faciat eos Capitulares congregare; deinde, legat deliberationem Principum nostrorum tenoris infrascripti, videlicet: « Illustrissimi Principes et excellentissimi Domini nostri volunt et decernunt quod vos d. Ordinarii Ecclesię Mayoris Mediolani renuntietis illi particulę Brevis apostolici 10 per vos impetrati, qua disponitur quod causa vertens inter vos Ordinarios, ex una, et nobiles de Raude ex altera parte, nisi fuerit per commissarios expedita usque ad Pascha proxime resurrectionis dominice, intelligatur revoluta ad Curiam romanam etc.; et hac clausula nullo pacto audeatis uti; statuunt enim omnino sic fieri prefati nostri illustrissimi Principes propter honorem suum, 15 de quo agitur, quia sub eorum interpositione ad expeditionem huius rei videtur impetratum hoc Breve in fraudem partis, quod quando locum haberet non esset sine lęsione auctoritatis et honoris suarum Excellentiarum. Ideo, volunt exequi ut supra, mandantes ex nunc quod d. Raymundus de Lupis, unus ex commissariis predictis, simul cum altero ex consociis suis, qui prius huc redie- 20 rit, expediant dictam causam infra duos menses a die adventus alterius ex ipsis consociis, qui sunt d. Antonius de Romagnano et d. Antonius de Berceto; et hec est dispositiva voluntas et determinata dispositio prefatorum illustrissimorum Dominorum nostrorum ».

p 93

Fuit vocatus Franciscus Horumbellus et ei fuit dictum, ut se ordinet ad 25 equitandum pro revisione Castri Arquati, Castri Pellegrini et Castri Novi in Parmensi etc.

Fuit vocatus magnificus d. Antonius Donatus, orator venetus, et ad ea que diebus superioribus exposuit et nunc scripta sunt nobis ab Oratoribus Venetiis agentibus de subsidio 2000 equorum et 1500 peditum quod Veneti offerunt 30 Florentinis et de conducendo a se Domino Arimini et a Florentinis Domino Pisauri; et de Oratoribus mittendis Romam pro pace; et de litteris scribendis ad Cardinales; et de opera facienda per Albertum Della Bancha apud Svyceros, pro pace; fuit responsum quod illustrissimi Principes nostri laudant subsidium predictum, sperantes quod d. Veneti facient etiam plus, prout rei exigentia 35 postulabit, quemadmodum facient ipsi nostri Principes; laudant, etiam, conductas predictorum Dominorum faciendas, ut supra, exhortando ad expeditionem ut exhortati sunt Florentini; de Oratoribus mittendis nil est dicendum, quia noster Orator jam discessit; de litteris scribendis ad Cardinales conveniunt; de opera facienda per dictum Albertum pro pace cum Svyceris, quod erit Prin- 40 cipibus nostris eius opera gratissima, etc.

p 94

32. Vedova di Bosio Sforza. Cfr. *Acta* I, 83.

Fuit, etiam, notificatum quod Dux Austrię et Episcopus Sedunensis[33], apud quos sunt nostri Nuncii, optulerunt operam suam ad pacem; similiter, Rex Francię operatur[a].

Fuit lecta et comprobata instructio ordinata pro domino Johanne Aloysio Bossio, ituro ad illustrem dominum Marchionem Mantue. 5

1479 die IIJI februarii, de mane.

Congregatis infrascriptis, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
d. Palavicino,
d. Johanne Jacobo de Trivultio, 10
d. Orpheo de Richavo,
d. Petro Landriano,
d. Azone Vicecomite.

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis. 15

Fuit, post maturam consultationem, conclusum quod scribatur d. Johanni de Comite et comiti Johanni Baptiste de ‹ Anguillaria › et domino Guidoni Rubeo[34] et Commissariis Pontremuli, in hunc modum, videlicet: quod, si Dux Barri et dominus Lodovicus Sfortia et d. Robertus de Sancto Severino venirent versus Lombardiam, quod non creditur, aut per viam Burgi Vallis Tari, aut 20 per Vallem Avanti et Vallem Nurie, aut per quancumque aliam viam, eo casu, prefatus comes Johannes Baptista de Anguillaria remaneat[b] ad tutelam Pontremuli et illarum partium contra inimicos remanentes ad offendendum illas, et secum retineat 500 pedites suos et 500 Venetorum et 300 Ducis Ferrarie; et dominus Johannes de Comite et d. Guido Rubeus veniant[c] ad obviandum 25 et contrastandum predictis inimicis nostris, volentibus huc transire, ducendo secum omnes alios pedites nostros, quod in illis partibus habent.

Ulterius, fuit conclusum quod scribatur d. Michaeli Battalie et comiti Borellę, quod cum tota Familia armorum vadant quocumque voluerit d. Johan-

[a] *Nell'interlineo* fuit *cancellato.* [b] *Nel testo* remaneant [c] *Nel testo* veniat 30

33. Sion (Sitten).

34. Dei tre condottieri era il più giovane; figlio di Pietro Maria, signore di San Secondo Parmense, passato al soldo di Venezia dal 1482 contro il Moro, ebbe parte nelle campagne del decennio e salvò l'onore dell'esercito veneto alla battaglia di Calliano (10 agosto 1487). Si dimostrò sempre antimoresco.

nes de Comite ad omnem eius requisitionem et ei obediant, ut Principibus nostris.

Item, scribatur similiter Juliano de Varisio, commissario in dicta Famiglia.

Item, fuit conclusum quod scribatur illustrissimo Duci Ferrarie quod ve-
5 niat Regium et in Reginum personaliter, cum eo maiori numero armigerorum et peditum suorum, qui possibilis sit, pro favendo rebus ducalibus et Statui Principum nostrorum, secundum et ubi opus fuerit contra predictos inimicos.

Fuit, etiam, conclusum quod mittatur Johannes de Zuchis ad prefatum illustrissimum d. Ducem Ferrarie ad persuadendum eum ad hoc.

10 Item, quod scribatur Marchioni Mantuę quod preparet se ad equitandum in Parmensem, cum tota sua comitiva, ad predictum effectum.

Item, quod, nunc, scribantur et expediantur 500 pedites.

Fuit vocatus d. Cesar Valentinus, orator illustrissimi Ducis Ferrarie, et ei fuit dictum de suprascripta deliberatione de vocando Duce Ferrarię in Regi-
15 num et fuit dictum quod ipse[a] similiter scribat. p 96

Venit d. Christoforus Cambiagus et fecit in causa Scottorum infrascriptam relationem, videlicet:

« Mandatum mihi fuit per magnificos dominos Consiliarios Castri, jussu illustrissime dominę nostre Ducissę etc., quod fiat relatio et commissio magni-
20 ficis d. Consiliariis Consilii Secreti, quod audiantur comites Jacobus et Johannes fratres de Scottis et, pariter, comes Batholomeus Scottus, seu pro eis agentes, super novitatibus et usurpationibus, de quibus conqueruntur ipsi fratres de Scottis, et, pariter, ipse comes Batholomeus adversus eos fratres, et provideatur quod res clare et decise inter partes executioni mandetur, et, si quid innovatum
25 est inter eas partes, restituatur; et hoc fiat, sine aliqua mora, infra duos aut tres dies ad tardius, adhibendo magnificos de Consilio Justicę, excepto d. Johanne Aloysio Bossio. Et, quia ipsi fratres Scotti allegant aliquos suspectos ex Consiliariis Secretis, circa hoc adhibeatur debita advertentia et provideatur quod res recte et sincere pertranseat.

30 De condemnatione ęris et personę facta per Potestatem Mediolani contra ipsos fratres de Scottis nihil mihi iniunctum fuit, nisi quod postea illustrissima d. Ducissa super hoc declarabit intentionem suam et faciet prout Excellentie sue placuerit, omnibus bene consideratis etc.

Et ita rettuli die III februarii in Consilio Secreto. 1479 die 4 februarii, mane.
35 Lecta in castro magnificis d. Consiliariis et approbata et ordinata quod detur terminus competens comiti Bartholomeo ad comparendum, etc.

Christoforus ».

[a] ipse *iniziale ripassata su* g

p 97 Die IIII° februarii, post prandium.

Congregatis antescriptis Senatoribus, ut supra. Super supplicatione Johannis Antonii de Ferrariis pro causa, quam habet cum Francischino Gatto, omnes cives papienses, conclusum quod dicta supplicatio remittatur ad Magistros Extraordinarios, qui provideant sicuti eis videbitur convenire. Postulante Acino Stampa remissionem ducatorum quinquaginta sibi mutuo datorum post fugam genuensem, conclusum est quod impresentiarum differatur retentio ipsorum ducatorum quinquaginta, permittaturque ei responderi de stipendio suo, donec comunicabitur de re cum illustrissima Domina et eius voluntas intelligetur. 5

Lectis litteris Magistrorum Intratarum, quibus scribunt conducibilius fore quod pons Padi Placentię equitetur, et sibi aequum videri quod impensa que fit[a] in portu Francisci Malettę in navibus et cordis, et cessura est pontis usu, vertatur in pontis recuperatione, conclusum fuit quod ipsi Magistri hoc suum judicium significent nominato Francisco, cuius responsum postea referant, ut melior deliberatio fieri queat. 10 15

Conclusum super petitionibus magnifici domini Johannis de Comite quod, attento quod necesse est quod de ipso et de eius comitiva nos valeamus in occurrentiis presentibus, bonum est quod habeat comitivam unitam; et, ideo, conclusum quod restituantur allogiamenta. Item quia petit subventionem trium pagarum pro remittendo comitivam conclusum quod esset bonum facere etc. 20

Fuit conclusum quod mittatur unus ex Cancellariis ad Consilium Secretum cum hac impositione et determinatione infrascriptis, videlicet:

Illustrissimi Domini nostri volunt et mandant quod magnifici domini de Consilio Secreto expeditissime et sine litigio servari faciant conventa inter magnificos comitem Petrum et comitem Johannem fratres de Ruschis, quę quidem conventa fuerunt Papię, confirmata per illustrissimum quondam dominum ducem Galeazium, litteris suis manu propria subscriptis, providendo ne de hac re habeatur amplius molestia. p 98 25

Item, fuit lecta et approbata instructio Francisci Orumbelli, ituri ad revisionem Castri Arquati, Pellegrini et Castri Novi in Parmensi. 30

Die V februarii 1479, in mane.

Convocatis infrascriptis, videlicet:

rev. d. Episcopo Comi,
d. Palavicino,
d. Johanne Jacobo de Trivultio, 35
d. Orpheo de Richavo,

d. Petro Landriano,
d. Azone Vicecomite.

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
5 d. Johanne Jacobo Symonetta

Phylippo de Comite, cancellario.

Audita fuit querimonia Aloysii de Cantono contra Jacobum de Busti, Bechinum, familiarem[a] armorum, et aliquos regacios stallę, a quibus ipse Aloysius naraverat, bis, noctis[b] tempore, domi suę armis se insultatum fuisse; et, superinde, 10 conclusum fuit quod committatur Capitaneo Justicię Mediolani ut audiat partes et sumat informationes de huiusmodi querimonia et, postea, quicquid compererit, referat.

Fuit conclusum quod scribatur Commissariis Placentie, Parme et Alexandrię et Pontremuli quod ad resistendum machinamentis fratrum quondam il- 15 lustrissimi d. ducis Galeacii et d. Roberti et aliorum nostrorum rebellium, fiant opportune et potentissime provisiones de Gentibus armigeris nostris et de Marchione Mantuę et Marchione Montisferrati et de presidio Venetorum, nobis oblato ubicumque etc., et de Duce Ferrarię, qui veniet Regium, cum peditibus 2000 et maximo numero armigerorum.

20 Nuncius Dominę Thendę[35] petiit dari sibi arcem Vintimilii etc.; cui fuit re- p 99 sponsum quod hoc non possent Principes nostri facere propter conventa et pacta, quę habent cum domino Baptista de Campofregoso, duce Januę.

Fuit, etiam, conclusum quod scribatur d. Antonio de Berceto et Jacobo de Revoltella, ut condoleant cum Duce Januę de insolentia et scandalo commisso 25 per homines Novarum contra illos de Rocha Gadii et ostendere displicentiam, quam habent de hac re Principes nostri et quod non fuit res conveniens presentibus temporibus etc. Et quod similiter scribatur Commissario Ultra Padum, ut reprendat Potestatem et homines Novarum de tali re, quę non est supportanda, etc. Fuit, etiam, conclusum quod scribatur Gubernatori Parmę, ut in- 30 telligat se cum Marchino de Abiate et detineat illos balisterios, qui deviati[c] a quodam Belinzona, qui fuit balisterius d. Roberti de Sancto Severino, petierunt licentiam et illos diligenter examinet; et, si invenerit culpabiles in aliqua practicha eundi ad inimicos nostros, puniat et castiget, ut justum erit.

Conclusum est super negocio d. Ugonis de Sancto Severino quod esset bo- 35 num dare sibi Pandinum et reducere provisionem suam, quam habet, MCC. du-

[a] *Corretto su* rum [b] n *corretto su* m [c] *Segue* sunt *cancellato.*

35. Margherita Del Carretto, vedova di Onorato Lascaris-Tenda, ucciso nel 1474 ad istigazione di agenti savoini. Margherita chiese allora protezione al duca Galeazzo Maria.

catorum in octocentum; et hoc modo illustrissimi Domini nostri lucrabuntur CCCC. ducatos, singulo anno, et satisfiet d. Hugoni, cuius bona ablata fuerunt prout omnibus notum est. Et, ideo, d. Bartholomeus Chalcus dicat et referat illustrissime Domine nostrę.

p 100

Audita relatione Saturni Villani, potestatis Laude, in facto Antonii de Roda [a], aetatis annorum XIII, detenti propter furtum, quę satis videtur excusare pueritiam dicti Antonii, conclusum quod, si verum est quod satisfecerit illis quibus furatus est, eum liberet dando sibi L[ta] stafilatas. 5

1479 die V [b] februarii, post prandium.

Congregatis suprascriptis, ut supra. 10

Concessa est licentia domino Ziliolo Oldoyno eundi Papiam, pro videndo doctorari filium.

Item, concessa est licentia verbo, quod Antonius Petrus Villanus possit accipere uxorem de colonis de Rodobio.

Super supplicatione Baptistę de Vicinis, camerarii, conquerentis de insultibus [c] et minis Galeacii Vicecomitis, conclusum fuit quod Capitaneus Justicię intelligat supplicata et jus ministret. 15

Conclusum fuit quod diferentia, quam habet d. Petrus de Birago cum hominibus Abiatis Grassi, causa incantus possessionum, suspendatur per dies XV.

Ordinatio illustrissime Domine nostre. 20

Nova ordinatio Illustrissime Domine Ducisse nostre circa distribuenda officia

Perchè sapiati la forma che vogliamo se servi nelli Officii che se sonno da dare via, dicemo che noi persistemo in la deliberatione che fu presa de non incantare dicti Officii; ma, considerato le intolerabile spese et grandi bisogni nostri, havemo deliberato con bona modestia de recuperare suso dicti Officii una certa quantità de dinari, per modo de subventione; li quali dinari se intendano mutuo, che in fine delli Officii se gli habiano ad restituire et non removerli dalli Officii, se prima non hanno la restitutione delli dicti dinari. Et questa è l'ultima nostra intentione. Et volemo che Johanne Francisco Della Torre et Johanne Botta habiano cura et carico de fare le compositione con quelli che voranno li Officii, et recevere, puoi, tali dinari, et de farli numerare al nostro Thexaurero Generale, quando che per noi gli serà ordinato; intendendo che dicti Officii se debeano dare per doy anni. 25 30

p. 101

In facto requirendi illustrem dominum Marchionem Montisferrati pro bello, conclusum est scribere Dominationi suę, juxta formam minute hodie facte.

[a] *Parola divisa con un tratto.* [b] *Corretto su* XXV *cancellato.* [c] *cancellato su* unius 35

Fuit conclusum quod in causa, quam habet Franciscus Strozius cum spectabile d. Johannematheo Buttigiella et fratre suo, pro finibus inter Calvignanum et Montaldum, etc., supersedeatur usque ad reditum dicti Francisci, qui jussus est equitare in servitiis Principum nostrorum.

5 Fuit etiam conclusum quod rescribatur Comunitati Valentię, confirmando absolutionem per ipsos factam de Potestate suo, attento quod ita faciendum videtur dominis de Consilio Arenghi.

Fuit conclusum quod de facto magistri Alexandri de Anchone [36], nuncii regis Ferdinandi, venturi huc, comunicetur cum Oratoribus veneto et flo-10 rentino; et ita factum fuit; qui responderunt quod permittatur venire huc; et ita fuit expeditus et missus ad eum salvusconductus.

Item, fuit conclusum quod revocetur d. Gerardus Collus [37], orator illustrissimorum Principum nostrorum Venetiis, quoniam est executus commissionem legationis suę.

15 1479 die VI[a] februarii, de mane.

Congregatis infrascriptis Senatoribus, ut supra, videlicet:

rev. d. Episcopo Comi,
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino,
20 d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Orpheo de Richavo,
d. Petro Landriano,
d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Symonetta.

25 D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco
d. Johanne Jacobo Symonetta } secretariis.

Francisco Ritio, cancellario. p 102

Fuit conclusum quod scribatur quod Familia armorum, que stantiat in Ale-30 xandrina et Therdonensi non se moveat; et similiter scribatur quod non se moveat illa, quę stantiat in Parmensi et in Placentina; et similiter in Papiensi, Ul-

36. Dell'ordine degli Eremitani di S. Agostino.

37. Gerardo C. giurista e diplomatico; 35 conosceva per lunga consuetudine i Veneziani e la loro politica: era stato a Venezia molto tempo: nel '68 e dal '71 al '75; e v'era ritornato ultimamente. Dopo questo richiamo non doveva vivere a lungo: morì il 10 gennaio 1480, non ancor vecchio: aveva sessantanni. (Archivio Ducale, P.E. Venezia, carte 353-367).

tra Padum; sed admoneantur ut stent preparati ad equitandum, quotiens fuerint requisiti; et dentur eis denarii. Reliqua omnis Familia armorum equitet, ut scriptum est diebus superioribus. Et de hoc advisetur Julianus de Varisio et d. Michael Battaliȩ et comes Borella, quibus ordinetur et committatur, nomine Principum nostrorum, quod allogient, circa Abbatiam Clarȩvallis placentinȩ, dictam Familiam armorum, strictius et quam commodius fieri poterit et cum minori laesione hominum, que sit possibilis etc. 5

In facto d. Antonii Mariȩ de Scipiono, filii domini Johannis, conclusum, nonobstante prima deliberatione, quod relinquantur sibi quattuor armigeri de suis; et ipse habeat taxas equorum decem; et item habeat titulum squadrerii, donec vacet locus, et, tamen, hoc medio, non habeat stipendium pro armigero. 10

Quia Ambrosinus de Longhignana petiit licentiam redeundi Mediolanum propter infirmitatem suam, conclusum quod detur licentia et in eius locum mittatur d. Johannes Antonius Cotta; cui d. Johanni Antonio videtur suprascriptis Senatoribus quod restituatur sibi provisio solita, que posset percipi ex provisione domini Thomasini de Campofregosio. 15

Eodem die, post prandium.

Congregatis omnibus suprascriptis Senatoribus.

Fuerunt lecte littere ex Janua, que scribuntur a domino Antonio de Berceto et Jacobo de Rivoltella, de rebus Ducis Januȩ et Ducis Bari; fuit conclusum quod rescribatur juxta formam minutarum hodie factarum. 20

Fuerunt etiam lecte littere [a] ex Venetiis, presente Oratore florentino, et fuit conclusum super earum continentia quod respondeatur, ut in minutis hodie factis continetur.

p 103 Fuit etiam conclusum quod notificetur Venetiis adventus magistri Alexandri de Anchone; et quod cum comunicatione Oratorum Venetorum concessus est salvusconductus. 25

Fuit commissum d. Christoforo de Cambiago et Phylippo Ferrufino vadant ad videndum an dominus Ambrosius Paganus [38] velit facere testamentum an ne; et quod, si velit facere, providebitur, sin minus, eum non inducant ad id faciendum etc. Qui d. Ambrosius respondit predictis d. Christoforo et Phylippo se velle ordinare res suas et testamentum facere; et, interrogatus 30

[a] *Parzialmente corrette.*

38. Avvocato fiscale. Era stato nominato il 14 marzo 1450: nell'ordine perciò era il secondo: dopo Giorgio Piatti, nominato l'11 marzo, alla ricostituzione degli uffici. 35

a quo Notario vult confici testamentum, respondit ab Antonio Saccho[39]; et interrogatus quando hoc volebat facere, nullum aliud verbum respondit et visus est plurimum gravari ab infirmitate et a catharo.

1479 die 7 februarii, de mane.

5 Congregatis infrascriptis Senatoribus, ut supra, videlicet:

rev. d. Episcopo Comi,
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
10 d. Orpheo de Richavo,
d. Petro Landriano,
d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta
15 d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonetta

Francisco Ricio, cancellario.

Fuit auditus d. Johannes, capellanus comitis Georgii de Vertumbergh de Sana Casa[40], et exposuit, per interpretem Andream de Busti[41], se missum huc a
20 dicto Comite ad audiendum quid velint Principes nostri, qui requisiverunt a dicto Comite mitti Nuncium etc. Cui d. Johanni fuit dictum quod illustrissimi Principes nostri vellent scire causam propter quam misit diffidam, cum semper fuerit amicus huius Status; qui respondit quod redibit domum et cogitabit super hac re et portabit in scriptis etc[42]. p 104
25 Fuit conclusum quod centum ex Familia armorum mittantur ad Abbatiam Fontanellati et cum eis vadat aut d. Michael de Battalia aut comes Borella, cum commissione quod ad omnem requisitionem Commissarii Parmę vadant Parmam[a] et quocumque opus fuerit.

[a] *Segue* quotiens *cancell.*

30 39. Antonio Sacco del fu Pietro, notaio di Milano. (ASMi: *Fondo notarile*, filze 2030-2053).

40. Giorgio de Verdenberg. Cfr. nota n. 20.

41. Andrea de Busti aveva lunga esperienza della lingua e del costume degli Alamanni; si aggirava tra di loro come messo ducale, fin dal tempo di Francesco Sforza.

42. Il cappellano de Sana Casa si chiamava Giovanni Muler (Muller), latinamente Molitorius.

Fuit, etiam, ordinatum et conclusum quod d. Johannes Antonius Sparvaria intelligat et examinet et veritatem reperiat de rixa commissa inter Corbettinum et Franciscum Bernardinum[a] Vicecomitem et socios; deinde referat quicquid compererit.

Eodem die, post prandium. 5

Congregatis omnibus Senatoribus suprascriptis, ut supra.

Vocatus fuit magnificus d. Hieronymus Morellus, orator florentinus, et fuit admonitus, quod, attenta experientia facta superiore anno de viribus comunium hostium, velit sollicitare Rempublicam Florentinam ad preparandum validas vires et plures armigeros, quam habeat, certificando quod Principes nostri expediunt subsidium, quod sunt daturi hoc anno Florentinis. 10

Deinde, fuit dictum de peditibus, quos non miserunt Florentini in Lunensem etc.

Ad quae omnia prefatus Orator respondit quod, licet credat a Comunitate sua factas esse opportunas provisiones, tamen ipse libentissime scribet, et maxime quod mittantur pedites in Lunensem. 15

Deinde, dixit se significasse Laurentio ea, que diebus superioribus fuerunt ei[b] comunicata de tractandis cum comite Hieronymo, et quod respondit dictus magnificus Laurentius se ad omnia paratum quę placeat illustrissimis Dominis nostris, excepta affinitate, ad quam, nullo pacto, intendit devenire. 20

Item, super querela Christofori Regne, conquerentis de Azino Stampa quod vulneraverit Johannem Jacobum, eius fratrem, conclusum quod mittatur supplicatio Capitaneo Justicie, cum commissione quod, habitis partibus et intellecta veritate, jus faciat.

p 105 Super supplicatione illorum de Advocatis, conquerentium de Capitaneo Marthesane, conclusum quod committatur dicto Capitaneo quod, casu quo dicti de Advocatis solvant ducatos XXV. sicuti alias ordinatum fuit, restituat seu restitui faciat omnia bona eis ablata. 25

Propter petitionem Potestatis et Capitanei Cremę, petentis litteras passus, pro eo et eius successore, conclusum et deliberatum fuit quod amodo[c] in antea non concedantur littere passus, nisi pro rebus domus eorum et supelectilibus. 30

In facto comitis Petri de Verme, petentis remitti ad Castrum Sancti Johannis Jacobum, olim potestatem dicti loci, ut ibi sindicetur etc., fuit dictum quod vadant aut ad Consilium Secretum aut ad Consilium Justicię, ubi sunt doctores qui poterunt intelligere et declarare quid juris. Ad quod responderunt agentes pro comite Petro quod non poterant acceptare hoc, nisi prius scribant et habeant responsum a dicto Comite. 35

[a] *Corretta la* B [b] *Nell'interlineo.* [c] *Parzialmente corr.*

Supplicatio Melchionis de Squassis in facto novę inventionis rotarum acuendi arma etc., remittatur dominis de Consilio Secreto, ut intelligant et faciant prout eis videbitur.

Die octava februarii 1479, de mane.

5 Congregatis Senatoribus infrascriptis, ut supra, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Orpheo de Richavo,
10 d. Petro Landriano,
d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Calcho } secretariis.
15 d. Johanne Jacobo Symonetta

Francisco Ricio, cancellario. p 106

Fuit iterum auditus Nuncius comitis Georgii, qui exposuit in scriptis causam proter quam comes Georgius miserat difidantiam illustrissimis Principibus nostris; quę in summa fuit quod comes Georgius petebat sibi restitui Vallem
20 Sancti Jacobi, aut dari sibi provisionem, cum restauro temporum preteritorum etc., ut in dictis scriptis continetur; super quibus fuit conclusum quod fiat quedam forma capitulorum, prout infra notabitur.

Fuit vocatus dominus Cesar Valentinus, orator illustrissimi Ducis Ferrarię, et ei fuit dictum quod, attento quod terminus peditum Ducis prefati qui sunt
25 in Lunensi finiunt terminum suum duorum mensium die XVI presentis mensis, ideo velit scribere ad Ducem prefatum Ferrarię, ut mittat ad dictos pedites denarios, pro uno alio mense, et sic perseveret, donec Principibus nostris erunt necessarii dicti pedites: et prelibati Principes nostri dabunt denarios ipsi Oratori hic; et ex nunc intelligat quot denarii debent dari dictis peditibus, mense quo-
30 libet, et hoc fit, quia, si solvantur per prefatum d. Ducem dicti pedites, servient melius etc.

Eodem die, post prandium.

Congregatis omnibus suprascriptis, addito magnifico d. Sfortia Secundo.

Fuit auditus Orator florentinus, qui exposuit Sfortiam Bettinum[43] rediisse a Duce Calabrię cum responso quod sua Dominatio scribet ad Majestatem paternam, et infra XV dies respondebit. 5

D. Johannes Bottus et Johannes Advocatus, ex Magistris Intratarum, et Antonius Landrianus, generalis thexaurarius, qui dixerunt homines Vallis Lugani noluisse incantari dacia panis, vini, et carnium etc.; super qua expositione fuit conclusum quod scribant quod et mandent quod quattuor ex principalibus hominibus dictę Vallis una cum Datiariis et Procuratore Vallis, veniant huc. 10

In facto illorum de comitiva Bastardi qui redempti sunt pro XXV ducatis, conclusum, omnibus consentientibus, quod esset bonum uti aliqua liberalitate erga ipsos propter bonum exemplum.

p 107 In facto Officii quondam Guielmini Lanzaveghie super taxis in Placentia, conclusum quod Bartholomeus < Vistarinus > deputetur in eiusmodi officio, cum 15 hoc quod exburset filiis dicti quondam Gulielmi denarios, quod ipse exbursaverat super Officio et, cum hoc, quod Officium Capitaneatus detur Francisco Ferrufino.

Conclusum quod d. Johannes Antonius Cotta mittatur scontro Ambrosini de Longhignana, qui infirmatur. 20

Fuit conclusum quod scribatur Oratoribus Venetiis, ut cum illo Dominio operentur quod accomodet etiam per duos alios menses illos quingentos pedites, quos misit in presidium agri Lunensis, etc.

Item, quod comiti Georgio de Verthumbergh de Sana Casa, si vult esse fidelis amicus etc., fuit conclusum quod detur pro provisione annuali, incipiendo 25 a calendis januariis proxime preteritis, ducatos ducentos, persolvendos cuicumque suo Nuntio, hic, Mediolani, de sex mensibus in sex menses, cum hoc, quod continuet in suos legitimos filios masculos, heredes et successores, cum hac expressa obligatione, quod ipse comes Georgius, eiusque filii et successores, ut supra, teneantur semper esse fideles amici et stipendiati prefatorum illustrissi- 30 morum Principum nostrorum; nec unquam eos, eorum Statum, nec subditos, contra quicquam hostile attentabunt; nec aliquam lesionem in aere, aut in persona directe vel per indirectum facient; nec per terras et loca sua dabunt transitum, receptum, victualia, nec favorem inimicis illustrissimorum Principum

43. Sforza de Bettini, fiorentino di origine, fu uomo di fiducia di Galeazzo Maria, che lo elesse suo oratore alla corte di Luigi XI (1469), dove servì gli interessi milanesi durante l'urto tra Luigi XI e Carlo il Temerario: e, 35 nei riflessi politici internazionali del tempo, dal trattato di Peronne alla caduta di Negroponte, all'alleanza veneto-borgognone (1472).

nostrorum; nec ad aliquem tractatum contra eos intervenient, nec consentient, immo litteris, aut Nunciis revellabunt; et, ulterius, teneantur ad omnem requistionem suarum Excellentiarum personaliter venire ad eorum favorem cum ducentis et pluribus, usque ad sexcentos, peditibus, idoneis et bene armatis p 108
5 contra quoscumque rebelles seu inimicos prefatorum Principum, exceptis et reservatis serenissimo Imperatore, illustrissimo d. Duce Austrie, et quibuscumque Alemanis, contra quos non teneantur hostiliter proficisci; sed tantummodo eis transitum, receptum, victualia et favorem non debeant prestare, ut supra. Et, ex alio latere, prelibati illustrissimi Principes nostri promittunt in casu quo
10 ipsum Comitem requisiverint cum peditibus etc., dare ei singulo mense, pro quolibet pedite, florenos quatuor Rheni, et pro persona sua XXV florenos Reni, incipiendo a die quo intraverit territorium ducale, et finiendo die quo, rediens domum, egressus fuerit dictum territorium ducalem etc. Et de hac re fiat auctenticum instrumentum, subscriptum manibus propriis partium et ea-
15 rum sigillo sigillatum et roboratum.

Die VIIII[a] februarii 1479, de mane.

Congregatis infrascriptis, ut supra, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
d. Petro Francisco Vicecomite,
20 d. Palavicino,
d. Cicho Symonetta,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Orpheo de Richavo,
d. Petro de Landriano,
25 d. Azone Vicecomite.

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonetta

Francisco Ritio, cancellario.

30 Fuerunt lecte littere ex Venetiis et fuit mandatum mihi Francisco Ritio quod eas legerem Oratori florentino; et, quando[a] Venetus veniet huc, monebitur Florentinus ut etiam ipse veniat.

Fuit vocatus dominus Johannes Antonius Cotta et ei fuit dictum quod vadat Dondossulam, quia Ambrosinus infirmatur et petit concedi ut redeat

35 [a] *Parzialmente corr.*

p 109 huc; et fuit admonitus ipse d. Johannes Antonius ut habeat bonam curam de illis rebus ut[a] mittat spias et exploratores pro intelligendo motus Alemanorum et adviset de veritate et cum fundamento[b] et teneat cuntum de pecuniis expendendis in spiis, quia ei satisfiet, et quod stet bono animo, quia eius consueta provisio dabitur ei a calendis januariis proxime preteritis, in antea. 5

Fuit vocatus Eneas Malvicius et ei fuit dictum quod de denariis, quos pro dote sue cognatę debet habere ab illustrissima Domina nostra, habeat patientiam usque ad maium anni futuri; et ex nunc fient littere signate manu propria illustrissime Domine nostre, quibus promittentur denarii ipsi super aliquo specificato datio etc. Et ita fuit commissum d. Bartholomeo Calco ut ipsum 10 expediret.

In facto diferentię vertentis inter Comune Abiatisgrassi et dominum Petrum Biragum, fuit conclusum et dictum ipsi d. Petro Birago quod nunc non est tempus stimulandi dictum Comune, neque agitandi huiusmodi diferentiam, sed procuret acordium cum ipsa Comunitate et similiter dicatur hominibus. 15

Fuit vocatus Melchion Torniellus et admonitus ad bene vivendum; fuit licentiatus quod redeat domum, sed d. Manfredus, eius filius, non discedat ex Mediolano, quousque placuerit Principibus nostris; et, ita ei presenti et acceptanti, fuit mandatum et iniunctum.

Item, quod eorum famulus detentus relaxetur, cum hoc quod dictus Melchion 20 det fideiussionem, seu promittat quod dictus famulus non discedat hinc, sed manebit cum dicto d. Manfredo.

Eodem die, post prandium.

Congregatis omnibus suprascriptis Senatoribus, ut supra, et magnifico d. Sfortia Secundo et ceteris suprascriptis omnibus Senatoribus et Secretariis. 25

p 110 Fuerunt auditi Christoforus, Franciscus et Lanzalottus de Regnis, qui conquesti sunt quod Capitaneus Justicię non procedit, ut deberet, contra Azinum Stampam, qui vulneravit ad mortem eorum fratrem; et hoc quia dictus Capitaneus dicit non habere judicia.

Item, conquesti sunt de hominum armatorum multitudine, coadunata Ro- 30 sate, in domo dicti Azini; super quibus fuit conclusum quod committatur Capitaneo Justicię, ut viriliter procedat et justiciam faciat in hac re, et Potestas non se impediat in hoc casu et descriptionem factam de bonis dicti Azini det ipsi Capitaneo, et provideatur quod illi armati removeantur ex illa domo.

Conclusum quod habeatur memoria et recordatio de Hercule Del Mayno, 35 pro dando sibi aliquod officium, vel exercitium.

[a] *Corretto su* c [b] *Corretto* o *su* et

In facto d. Johannis Lodovici et d. Palavicini, fratrum ex Marchionibus Palavicinis[44], fuit conclusum quod pro evitandis scandalis, que inter eos possent intervenire, ex nunc[a], arx et rocha Buxeti deponatur in aliquo partium confidenti, quem ipse partes statim elligant, et ipse confidens custodiat et teneat illam arcem, ita quod utraque pars sit de ea bene secura, aut si partes in hoc non concordant, ill.mi Principes nostri accipiant in se dictam arcem et per Castellanum suo nomine deputandum custodiri faciant, sumptibus ipsorum fratrum, donec sint inter se de suis controversiis et diferentiis concordes. Et hec conclusio fuit facta, exclusis e Consilio domino Palavicino et d. Johanne Jacobo de Trivultio, omnibus aliis Consiliariis ita consulentibus et concludentibus, qui fuerunt:

magnificus d. Sfortia Secundus et
rev. d. Episcopus Comi ac
d. Petrus Franciscus Vicecomes,
d. Cichus Symonetta,
d. Orpheus de Richavo,
d. Petrus de Landriano,
d. Azo Vicecomes,

presentibus Secretariis, superius annotatis.

Reservatum fuit, tamen, hoc quod quilibet dictorum fratrum et eorum uxores, filii et familia possint intrare et morari in dicta arce, pro suis necessitatibus, modo Castellanus nec possit ab illis decipi, nec vim recipere; quod tempore suo declarabitur Castellano deputando. p III

Fuit auditus magnificus dominus Antonius Donatus, orator venetus, qui legi fecit instructionem datam per illustrissimum Dominium Venetum domino Sebastiano Baduario[45], oratori suo, Romam destinato, pro pace tractanda et concludenda; que instructio fuit comprobata.

Dictum fuit domino Lucę Grimaldo, ut rescribat amico suo de accordio cum d. Hibletto, ut mittat hunc hominem cum pleno mandato.

[a] *Parzialmente corr.*

44. Erano figli di Orlando il magnifico e di Caterina Scotti.

45. Sebastiano Badoer, nob. veneziano, destinato a Roma come oratore il 12 gennaio 1479, fu richiamato dalla Serenissima il 15 giugno seguente. Badoer ritornerà ancora a Roma nel 1483 per l'eppellazione al futuro concilio e come oratore verrà anche a Milano, sia pure in temporanea missione, da Verona dove era stato nominato podestà (1485).

Die X februarii, de mane.

Congregatis, ut supra, Senatoribus infrascriptis, videlicet:

magnifico d. Sfortia Secundo,
rev. d. Episcopo Comensi,
d. Petro Francisco Vicecomite, 5
d. Palavicino,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Orpheo de Richavo,
d. Petro de Landriano,
d. Azone Vicecomite, 10
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonetta

Francisco Ritio, cancellario. 15

Fuit conclusum quod Oratori veneto respondeatur circa rem Dominici Georgii: de hac re illustrissimam Dominam nostram non velle aliud facere, quia satis super quam, diebus superioribus, respondit; et responsum in scriptis Venetias misit.

Eodem die, post prandium. 20

Congregatis suprascriptis Senatoribus et Secretariis.

p 112 Super supplicatione Ottolini de Cautiis, armorum familiaris, petentis revocari suspensionem factam ad instantiam Cressini de Casalibutano, caporalis peditum, ordinatum fuit quod scribatur consultori ellecto in causa, ut, si tempore commissionis facte ipsi consultori absens erat is Cressinus, et quod frater 25 illius Crescini sit ille qui solicitet causam inter predictos vertentem, et habeat procuratorem idoneum et sufficientem, procedat is consultor in causa, nonobstante absentia ipsius Cressini et suspensione superinde facta.

In causa, quam sollicitat magnificus Orator venetus pro Leonardo Longo et socio, venetis, contra Baptistam Pegium, assertum debitorem ipsorum Vene- 30 torum, ordinatum fuit quod scribatur Potestati Mediolani quod a se ipso cum consilio tantummodo Vicarii sui videat et intelligat an testamentum obligationis facte per ipsum Baptistam versus predictos Venetos meretur executionem, nec ne; et, comperiendo quod mereatur executionem, mandari faciat execu-

tioni ipsum instrumentum[a] obligationis et causam hanc expediat summarię et quo celerius fieri queat.

Super querela, quam fecit, his diebus, d. Johannes Franciscus Palavicinus de Johanne Manfredo, eius fratre, propterea quod impediat transitum lignorum, que mittit Cremonam; pro qua querela scriptum fuit dicto Johanni Manfredo; postmodum ambo dicti fratres scripserunt huc et quilibet allegat sua jura, ideo conclusum quod hę littere mittantur ad Consilium Secretum, qui audiant partes et opportune provideant.

Super supplicatione Bernardini de Carnago[b] circa dacium solvendum de certis ballis armorum sequestratis Papię, jussu Principum nostrorum, fuit conclusum quod Magistri Intratarum intelligant et provideant quod supplicans, ultra debitum et justum datium, non gravetur, faciendo eis fidem quod nostri Principes jusserunt dicta arma sequestrari.

1479 die XI[a] februarii, de mane. p 113

Congregatis, ut supra, Senatoribus infrascriptis, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino,
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo de Trivultio[c],
d. Petro de Landriano,
d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco
d. Johanne Jacobo Symonetta
} secretariis.

Francisco Ricio, cancellario.

Fuit conclusum quod scribatur Commissario Parmę quod, intelligendo se cum reverendo Episcopo Parmensi, provideat quod frater Vincentius et frater Hieronymus Ordinis Servorum discedant ex Parma, quia sunt Statui suspecti; et deputentur alii eorum loco; et hoc fiat modeste et maturae.

Fuit conclusum quod ferreria Reatis, quam tenet Laurentius de Reate, muniatur nomine Principum nostrorum, ita quod sue Dominationes sint bene secure de illo fortilicio et quod vocetur huc dictus Laurentius, pro hac re.

[a] *Parzialmente corr.* [b] *Corretta* a [c] *Segue* Petrofrancisco Vicecomite *cancell.*

Item, moneantur bonis et idoneis verbis Marchiones de Mulatio, ut bene muniant et custodiant locum suum Sancti Stephani [46].

Fuit auditus Cancellarius Oratoris veneti, qui dixit, nomine sui Oratoris, quod illustrissima Dominatio Veneta desiderat quod exemplum instructionis Oratoris Romam destinati pro pace, mittatur ad Oratores in Franciam, ut eam ostendant illi christianissimo domino Regi, si ita concordant Principes nostri etc.; cui fuit responsum quod a Principibus nostris illa instructio comprobatur et laudant quod mittatur in Franciam, sed videtur quod prius comunicetur cum Oratore florentino, ut ipse scribat ad Oratorem suę Reipublice in Franciam, ut concordet quemadmodum nos scribemus ad nostrum.

p 114

Item, fuit conclusum quod complaceatur Potestati Bergomi, rediturо Venetias, tractam liberam et gratis XXV salmarum frumenti et XV formagiarum; pro reliquis rebus a datio, solvatur datium, ut tollatur ista consuetudo, que esset magnę jacture redditibus Principum nostrorum.

Item, fuit conclusum quod scribatur Daciariis Castrileonis et Referendario Cremonę quod restituant illis Venetis fustaneum acceptum in fraude, soluto tamen debito datio. Fuit auditus d. Cesar Valentinus, orator illustrissimi Ducis Ferrarie, qui exposuit quod sua Excellentia est paratissima venire Regium cum iis, quos habet, armigeris et peditibus; et laudat provisiones, que fiunt per illustrissimos Principes nostros.

Fuit conclusum quod d. Carlinus Varesinus et comes Galeottus de Belzoyoso, qui petebant subsidium pro eundo cum reliqua armorum Familia ad Abbatiam Clarevallis placentinę, restent, videlicet, d. Carlinus in Frascharolo et [a] comes Galeottus in Belzoyoso.

In facto diferentie Melchionis Mensębarbe et Johannis Francisci Filiberti, occasione salis, fuit conclusum pro maiori parte quod remittatur omnibus Magistris; et littere facte per d. [b] Bartholomeum Calcum ad aliquos Magistros reficiantur ad omnes.

Eodem die, post prandium.

Congregatis suprascriptis, addito etiam magnifico d. Sfortia Secundo.

Fuit conclusum quod scribatur Potestati Parme, ut contra Johannem Carolum Monticellum, detentum ex imputatione monetarum adulterinarum, non procedat ulterius, quoad aliud scribatur in contrarium et istis temporibus non misceat huiusmodi res et relaxet dictum Johannem Carolum, acceptis idoneis fideiussionibus de ducentis seu trecentis ducatis de se presentando coram Potestate et in eius forciam, quotiens fuerit requisitus.

[a] *Segue* d. *cancell.* [b] *Parzialmente corr.*

46. Santo Stefano in Lunigiana, ove il podestà appare di nomina ducale dal 1469.

1479 die XII februarii, de mane. p 115

Congregatis, ut supra, Senatoribus infrascriptis, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
d. Petro Francisco Vicecomite,
5 d. Palavicino,
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Petro Landriano,
d. Azone Vicecomite,
10 d. Cicho Symonetta.

D. Johanne[a] Symonetta
d. Bartholomeo Calco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonetta

Francisco Ricio, cancellario.

15 Fuit conclusum quod scribatur d. Federico Palavicino quod, sub pena indignationis Principum nostrorum, restituat bestias et sarcinas frumenti acceptas per ipsum illis de Calestano, qui conducebant frumentum illustrissimorum Principum nostrorum pro usu Exercitus in Lunensi, reprehendendo ipsum quod ausus fuerit hoc facere.

20 In facto Bartholomei de Clivio, petentis fieri ex Familiaribus equitantibus, conclusum quod attento quod Gerardus Cerrutus mortuus est[47], in cuius locum debeat mitti Fabricius[48] et propterea provisio Fabricii revertetur ad Cameram, quod esset bonum dare locum dicto Bartholomeo et provisionem etc. Per Alexandrum Collettam

Commissum fuit Christoforo de Cambiago quod afferat ad Consilium 25 octocentum libras, quas Consilium Castri dedit ipsi et sunt comitis Petri Rusche et dicat Consilio quod dent istas pecunias comiti Johanni Rusche, juxta solitum; et, item, commissum quod dicat Consilio quod dicant eorum apparere circa diferentias istorum fratrum, quando revocaretur inhibitio[b] facta eidem de non intromittendo in rebus factis per ducem Galeaz.

30 Conclusum quod Petrus de Ripalta, armiger, possit facere merlare domum suam, jacentem in Casalino, territorii Fragnani, Episcopatus Placentię. p 116

[a] *Segue* Ja *cancell.* [b] *Parzialmente corretto* in *su* A

47. Gerardo Cerruti era stato nominato segretario della Cancelleria Segreta il 28 dic. 1473.

48. Fabrizio Elfiteo, segretario del Consiglio Segreto (gennaio 1477).

Delatum fuit juramentum d. Johanni Francisco de La Turre[49] et d. Johanni de Meltio[50] quod debeant ponere in scriptis que fuit eorum intentio circa illa capitula gabelle salis Papie, de quibus nunc est contentio inter Melchionem Mezabarbam et Johannem Franciscum Phylibertum.

Similiter, fuit delatum juramentum d. Antonio de Marliano[51], consiliario, tanquam instructo de hac re; postmodum Alexander Colletta ivit ad domum d. Johannis Botte, infirmantis, et detulit juramentum, ut supra. 5

Stefanus Stampa auditus fuit, qui condoluit de eius famulo, detento per Capitaneum Porte Jovis; et quia responsum fuit hoc processisse propterea quod imputatus est exiisse fossas civitatis Mediolani, noctis tempore, dominica preterita, cum armis, ipse Stephanus dixit non credere hoc; quia si hec imputatio habet causam a negocio Azini Stampe, qui vulneravit Johannem Jacobum Regnam, ipse fatetur expresse quod ipse fuit qui fecit sociare dictum Azinum per nonnullos provisionatos ad finem ne incarceraretur et quod sibi admodum displicuit de hoc inconvenienti, quia coniunctus est affinitate cum Azino et plus etiam cum Christoforo Regna; dicendo etiam quod esset bonum quod concordia tractaretur inter ipsos. 10 15

Eodem die, post prandium.

Congregatis suprascriptis, excepto d. Petro de Landriano absente.

Admissus fuit Vicarius d. Capitanei Justicię qui admonitus fuit, ut ita admoneat Capitaneum[a] predictum ad procedendum viriliter in facto insultus facti per Azinum Stampam in personam Johannis Jacobi Regne. 20

Item, fuit conclusum quod Joseph Columbinus de Parma, propter quod revellavit quendam tractatum excelsis Dominis Florentinis, confederatis nostris, qui fiebat contra[b] Pistorium, eorum civitatem, et quia habet nonnullas inimicitias, possit ad deffensionem suam ferre arma, cum uno famulo etc. 25

[a] *Segue* per *cancell.* [b] *Parzialmente corr.*

49. Maestro delle Entrate Ordinarie; nominato nel 1466, diventerà Maestro delle Entrate Straordinarie nel 1482.

50. Da Amministratore del traffico del sale (1461), divenne Maestro delle Entrate Ordinarie nell'anno 1466.

51. Era stato eletto Consigliere Segreto nel 1476; aveva già ricoperto la carica di Maestro delle Entrate Ordinarie (1467) e Straordinarie (1473). 30

1479 die XIII februarii, de mane. p 117

Congregatis Senatoribus infrascriptis, videlicet:

rev. d. Episcopo Comi,
d. Petro Francisco Vicecomite,
5 d. Palavicino,
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Petro de Landriano,
d. Cicho Symonetta.

10 D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonetta

Francisco Ricio, cancellario.

Fuit auditus d. Alpherius, qui rogavit non removeri patruum suum ab offi-
15 cio, quod sibi datum fuit pro restauro; cui fuit responsum quod mittat peti-
tionem suam in scriptis et referetur illustrissime Domine nostre.
Commissum fuit Christoforo de Cambiago quod faciat litteras pro indul-
gentia plenaria, que erit hoc anno in Hospitali Magno Mediolani, videlicet,
quod de Dominio tantum possint venire ad indulgentiam et non advene et
20 etiam advertendo quod huiusmodi subditi non veniant ex aliquo loco suspecto
in Dominio, ut dictum est.

1479 eodem die, post prandium.

Congregatis suprascriptis Senatoribus, ut supra.

Commissum fuit Spagnolo, de consensu omnium, quod debeat restituere
25 equos et arma Bolognesio, olim armorum familiari, incole Cognoli.
Monitus fuit Rector Universitatis Studii Papiensis, ut bene et modeste vi-
vat, et abstineat ab insolentiis, quibus usus asseritur cum aliquibus scholaribus
contra Familiam Commissarii Papię.
In causa d. Johannis Lodovici et d. Palavicini ex Marchionibus Palavicinis
30 occasione arcis Busseti etc., fuit conclusum quod, die crastina, vocentur huc in-
frascripti doctores ex Consilio Secreto, videlicet, d. Augustinus Rubeus, d. Lu-
cas Grimaldus et d. Jacobus de Cusano.

p 118 Fuit conclusum quod respondeatur Leonino Bilie quod si Comunitates Vallis Tellinę miserint[a] huc cum opportunis mandatis ad obligandum se merchatoribus vendentibus arma aut nobis, qui pro eis promittemus de satisfaciendo infra terminum quo erunt concordes, providebitur omnino quod habebunt arma et redibunt domum bene satisfacti. 5

Item, quod Episcopo Curie respondeant[b] bonis verbis de animo suo bene vicinandi.

1479 die XIIII° februarii, de mane.

Congregatis infrascriptis Senatoribus, ut supra, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi, 10
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Orpheo de Richavo,
d. Petro de Landriano,
d. Azone Vicecomite, 15
d. Ciccho Symonetta.

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonetta

Francisco Ricio, cancellario. 20

Lectis litteris Petri Pauli Pegii, continentibus optimam dispositionem illustris d. Ducis Austrie[52] ad confederationem cum Principibus nostris illustrissimis, fuit conclusum quod omnino fiat ista confederatio ad deffensionem Statuum contra quoscumque offendentes, non lacessitos nec provocatos, et cum capitulo quod altera pars alteri parti auxilium prestet, si offenderetur, mille ho- 25 minum inter pedites et equites; aut det quattuormilia florenorum Rheni, singulo mense, prout parti auxilianti videbitur et placebit. Fuit auditus magnificus Hyeronymus Morellus, orator florentinus, qui dixit de mille peditibus mittendis in Lunensem per excelsam Rempublicam Florentinam et de admonendo Comunitatem Lucę, per comunes Oratores, ad non recipiendum re- 30 belles et inimicos Ligę in terris suis; et fuit conclusum quod ita fiat.

Deinde, dixit de domino Lodovico Sfortia, qui adhuc est sub Camaiori, p 119 loco Lucensium; et seductus fuit a quodam de suis; et quod Florentini se inter-

[a] *Nel testo* miserit [b] *Nel testo* respondeat

52. Sigismondo d'Asburgo † 1496. 35

ponent ad faciendum, ut ipse redeat ad confinia sua, si per illustrissimos Principes nostros dentur ei alique condiciones in arte militari etc.; super qua re fuit conclusum quod dicatur cum illustrissima Domina nostra et sua Dominatio et omnes isti Senatores cogitent de responsione facienda.

5 Fuerunt vocati d. Augustinus Rubeus et d. Jacobus de Cusano et consulti super diferentia vertente inter d. Johannem Lodovicum et d. Palavicinum, fratres, occasione arcis Busseti etc.; et, significatis eis omnibus meritis causę, dixerunt et consuluerunt, quod turbatus aut spoliatus de facto debet ante omnia restitui de jure; deinde, fiat jus inter partes; et, circa hoc, visa et audita conclu-
10 sione die VIIII presentis super hac re facta, eam approbaverunt et exequendam dixerunt cum voluntate illustrissime Domine nostre, cui legatur dicta conclusio.

1479 die XIIII februarii, post prandium.

Congregatis suprascriptis Senatoribus, excepto d. Johanne Jacobo Symo-
15 netta, secretario.

Super supplicatione Christofori de Casate, conquerentis de quodam captivo ablato Potestati, suo nomine, per unionem gentium etc., conclusum quod committatur Comissario et Potestati Novarie quod perquirant veritatem et puniant delinquentes.

20 Super Officio stratarum Mediolani, fuit conclusum quod dimittatur Johanni de La Cruce pro sex annis, ut in litteris ei concessis continetur, cum hoc quod quattuormille et quingente libre, quas pretendit habere a Camera ducali, sint extincte; et nunc det mutuo centumquinquaginta ducatos ei restituendos quando amovebitur dictum officium ab eo.

25 Admissus fuit ad illustrissimam d. Ducissam nostram, magister Alexander de Anchona, Ordinis Heremitarum, nuncius regis Ferdinandi, qui, sub litteris credentialibus Majestatis sue, post generalem visitationem et salutationem, coepit commemorare, nomine ipsius Regis, innumerabilia beneficia per ipsum habita ab illustrissimo quondam d. duce Francisco et demonstrationes plenas amo- p 120
30 ris postmodum factas per Majestatem suam post[a] obitum dicti ducis Francisci in beneficium huius Status et tempore quondam d. Blancę Marię; demum commemoravit omnes iniurias, quas ipsa Majestas asserit sibi factas fuisse tempore illustrissimi quondam ducis Galeacii, videlicet: subsidium datum regi Renato contra Regem Aragonum; ligam factam cum Duce Burgundie mortuo[53],

35 [a] *Cancell.* post modum: post *nell'interlineo.*

53. Carlo il Temerario.

quo tempore don Federicus [54] erat in partibus Burgundie; item, ligam factam cum Venetis; et, ultimate, post mortem dicti ducis Galeacii, negocium Faventię; ex quibus omnibus, honor Regis sui valde lęsus fuerat, petendo in conclusione quod Majestas sua est parata redire cum hoc Statu ad primos terminos benevolos; petens, etiam, nomine Regis, pro obbligatione, quam fatetur habere cum sanguine quondam d. ducis Francisci, et rogans d. Ducissam nostram velit recipere in sinum gratie illustrissimos filios ipsius quondam ducis Francisci et revocare eos ab exilio, et aggregare eos ad gubernationem rerum Status sui, una cum aliis Consiliariis Secretis, promittendo de eorum fidelitate, offerendo, etiam nomine Regis, omnes favores et subsidium ad adipiscenda ea omnia, quę sunt juris huius Status. Quibus omnibus presens fuit illustrissimus d. Dux noster cum illustre d. Hermete, eius fratre, et presentibus suprascriptis Consiliariis. Post factam suprascriptam expositionem, illustrissima Domina nostra respondit quod pro nunc non poterat respondere, sed quod cogitaret, et postea, ad singula, faceret responsionem opportunam.

Dimisso dicto d. magistro Alexandro, locutum fuit de d. Lodovico Sfortia, qui ex relatione magnifici Oratoris florentini videtur optare redire ad confinia, modo daretur sibi aliqua condicio huic rei; respondit illustrissima Domina nostra quod cogitabit et respondebit.

Locutum fuit de liga quam vult facere nobiscum Dux Austrie cum honestis condicionibus; Dominatio sua approbavit.

p 121

Locutum fuit de ordinatione facta circa diferentias dominorum Johannis Lodovici et Palavicini, fratrum [a] Palavicinorum, videlicet, de ponendo uno confidente, nomine ipsorum in arce Bussetti, sive ponendo unum, nomine illustrissime domine nostre Ducisse, donec ipsi fratres concordarent; et quod erat opus efficere quod dictus d. Johannes Lodovicus acquiesceret et exequeretur etc.; Dominatio sua approbavit.

Approbavit etiam de dandis fortiliciis insulę Corsice Thomasino de Campofregoso, pro observatione et in executione capitulorum.

Item, approbavit de danda arce Vintimilii d. Duci Januę.

Item, approbavit de dando fortilicio Illicis Officio Sancti Georgii Janue.

Per Franciscum Ricium

Fuit in loco Consilii, suprascriptis omnibus presentibus, conclusum quod Morellus de Parma, ducalis familiaris, detentus propter quasdam suspitiones, relaxetur sub idoneis fideiussionibus de ducatis 300; quod se presentabit hic Mediolani, nec discedet, sine Principum nostrorum licentia in scriptis; et, ita, fuit ordinatum quod scribatur Potestati et Castellano [b] Florenzole, ubi detentus est.

[a] *Parzialmente corr.* [b] *Segue* Parme *cancell.*

54. Federico figlio di re Ferrante. Il viaggio è annotato da Cicco nei *Diari*, attentamente.

Die XV februarii 1479, de mane.

Congregatis infrascriptis Senatoribus, ut supra, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
d. Petro Francisco Vicecomite,
5 d. Palavicino,
d. Johanne Jacobo Trivultio,
d. Orpheo de Richavo,
d. Petro de Landriano,
d. Azone Vicecomite,
10 d. Cicho Simonetta.

D. Johanne Simonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonetta

Francisco Ricio, cancellario.

15 Fuit auditus frater magister Antonius de Vellate Ordinis Heremitarum, qui, nomine reverendissimi et illustris d. Ascanii Marię Sforcię Vicecomitis, apostolici protononarii, exposuit optimam et fidelem dispositionem suam erga illustrissimos Dominos nostros; et, multis argumentis, studuit comprobare quod prefato d. Ascanio displicent transgressus Ducis Barri et domini Lodovici, fra-
20 trum suorum, et quod, nonobstante promissione ei facta, nomine Summi Pontificis et regis Ferdinandi, de dignitate Cardinalatus, de provisione duodecim milium ducatorum in terris Ecclesię, de legatione super castris, et contra hunc Statum; quę omnia ipse magister Johannes Antonius, latens post quoddam[a] hostium, dixit se audisse propris auribus, dum Nuncius comitis Hyeronimi ea
25 offerebat ipsi d. Aschanio; tamen[a] immutabiliter statuit obedire illustrissimis Principibus nostris, quorum gratiam plurisfacit quam omnes predictas promissiones; ideo, se commendat eorum Excellentiis, offerens se paratum in quocumque statu et gradu ad eorum servitia. Cui magistro Johanni Antonio fuit responsum quod dicentur omnia illustrissime Dominę nostrę. p 122

30 Fuit auditus strenuus Leonardus Malcorpus, qui petiit fieri squadrerius, ut ei promissum fuit; et ita fuit conclusum quod ei provideatur de primo loco vacaturo.

Super supplicatione Stephani de Gadio, fuit conclusum quod domini de Consilio Justicię intelligant et opportune provideant, cum omni possibili cele-
35 ritate.

[a] *Parzialmente corr.*

Fuit conclusum quod d. Manfredus Torniellus possit ire Brionam ad standum cum suo avo, et etiam per alias terras Novariensis circumstantes, modo non vadat prope Novariam ad quinque miliaria; et ita ei fuit preceptum et mandatum.

Item, fuit conclusum quod scribatur Johanni de Beccaria et Aloysio de Quadrio de Ponte quod revertantur domum suam, quia nunc non sentitur aliud de Svyceris contra illas partes Clavenę; et, si aliud sentietur, dabitur eis notitia.

Item, fuit conclusum quod Oratori florentino respondeatur in facto domini Lodovici Sfortię quod potest magnificus Laurentius tentare an ipse d. Lodovicus velit redire ad confinia, an in Florentiam.

p 123

Eodem die, post prandium.

Congregatis antescriptis Senatoribus, ut supra.

Fuit dictum Johanni Advocato, ex Magistris ducalibus, quod ipsi Magistri rescribant Referendario Cremone quod vocet ad se Datiarios et eos moneat ad satisfaciendum; quod, si non fecerint bonis verbis, eos constringat omnino ad satisfactiendum Camere ducali, quia, ut eis sepius auditis dictum est, de iure non merentur restaurum aliquod.

Dictum fuit Christoforo de Cambiago ut roget, moneat, exhortetur et obtestetur dominos de Consilio Secreto ut expediant citissime causam Scottorum etc.

Item, quod super supplicatione Bartholomei Gariboldi, cremonensis, allegantis causam suam, terminatam per Consilium Justicie et transitam in rem judicatam, non esse revidendam per prefatos dominos de Consilio Secreto, quod ipsi domini prudenter advertant ne supplicanti detur justa causa querelę.

Fuit vocatus magnificus Hieronymus Morellus, orator florentinus, cui fuerunt comunicata omnia exposita per magistrum Alexandrum de Anchona, regis Ferdinandi nuncium; et ipse Orator dixit esse etiam participanda cum veneto Oratore integre, et de responsione facienda ipsi magistro Alexandro remittit se prudentie illustrissimorum Principum nostrorum; et, tamen, sibi non videtur esse ad bonum propositum adventus istius Fratris et multo minus reditus fratrum ducis Galeacii etc. Deinde, fuit eidem dictum de conclusione hoc mane facta circa factum domini Lodovici Sfortię.

Ad requisitionem domini Cesaris Valentini, oratoris illustrissimi domini Ducis Ferrarię, fuit conclusum quod suspensio cause, quam habet d. Raynaldus[a] de Becharia cum illis de Castronovo in Terdonensi, ex nunc, revocetur, attento quod dictus d. Raynaldus rediit.

[a] Raymundus *espunto*.

Manus di Alessandro Colletta, cancelliere del Senato.

Risposta della duchessa Bona a maestro Alessandro, oratore di re Ferrante, in data 18 febbraio 1479 (ASMi: *Archivio Ducale, Potenze Sovrane*: Duchessa Bona).

1479 die XVI februarii, de mane. p 124

Congregatis infrascriptis, videlicet:

magnifico d. Sforcia Secundo,
rev. d. Episcopo Comensi,
5 d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Orpheo de Richavo,
d. Petro Landriano,
10 d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonetta

15 Francisco Ritio, cancellario.

Fuerunt habiti, coram suprascriptis, Magistri Extraordinarii et dictum fuit eis, ut debitum suum faciant in causa illa homicidiaria illius Cremonensis, cuius bona sunt assignata illis de Sancto Severino, pro sua satisfactione, et sunt uniti et animadvertant ne Camera fraudetur.

20 Fuerunt, deinde, vocati Oratores venetus et florentinus et ferrariensis, et, coram eis, fuit lecta expositio magistri Alexandri de Anchona, regis Ferdinandi nuncii. Qua lecta, attento quod in calce ipsius est particula, qua significat, ut, cito, detur responsum, quia sunt, etiam, alia exponenda etc., fuit conclusum, ita etiam consulentibus dictis Oratoribus, quod non respondeatur dicto magi-25 stro Alexandro, nisi prius intellecta tota eius expositione; et, quia eius mansio hic non est ad bonum finem, cito expediatur et licentietur hinc; et fuit ordinatum quod vocetur hodie dictus magister Alexander.

Super supplicatione Jacobini de Galianis, conquerentis de patre et fratre quod dissipent bona etc., conclusum quod mittatur ad Consilium Secretum, 30 qui, auditis partibus, provideant opportune.

Fuit ordinatum Thexaurario Generali quod retineat apud se illos mille et quadraginta ducatos, de quibus vertitur differentia inter magnificum Laurentium et Jacobum Scottum, donec sit decisa dicta diferentia.

p 125 Eodem die, post prandium.

Congregatis iisdem Senatoribus, ut supra.

Fuit conclusum quod dicatur Johanni Botto, ut supersedeat de officio don Belli, quousque dicatur illustrissime Domine nostre.

Fuit habitus magister Alexander de Anchone, nuncius regis Ferdinandi, et requisitus, ut reliquum suę commissionis exprimeret, respondit velle servare regia mandata, quę sunt ut, habito responso a Principibus nostris circa partes expositas, exprimat et taceat quod reliquum est prout fuerit conveniens. 5

Fuit habitus d. Johannes Lodovicus Palavicinus, qui admonitus est ad deponendum arcem Busseti in manus confidentis sibi et domino Palavicino, fratri[a] suo, aut ad deponendum eam in manus illustrissime Domine nostre. Reclamavit multum et appellavit ad illustrissimam Dominam nostram, ad quam dixit velle recurrere. 10

Fuit ordinatum quod scribatur domino Leonardo Bottę: et agat gratias Dominio Venetorum de peditibus quingentis accomodatis pro duobus aliis mensibus, et quod exhortetur ad providendum eis de denariis, ne discendant, ut faciunt. 15

Item, quod scribatur domino Phylippo Sacramoro, ut ostendat Oratori veneto exemplum litterarum habitarum a domino Leonardo Botta circa quingentos pedites et quod eum exhortetur ad amonendum dictos pedites, ut perseverent; et eis provideat. Item, quod exhortetur Florentinos ad mittendum pedites in Lunensem, ubi non habent nisi centum pedites. 20

Pro diferentia, que vertitur inter illustrem d. Marchionem Montisferrati et d. Franciscum Bullam, occasione quorundam denariorum, quos dictus dominus Franciscus Bulla, tanquam agens nomine heredum quondam Cesaris de Parma, pretendit habere a Dominatione sua, conclusum quod Pasinus de Vicomercato et Antonius Rabia declarent, per totum mensem marcii proxime, creditum et debitum dictorum denariorum, et quod Antonius de Montecęstino habeat mandatum sufficiens a prefato domino Marchione. 25

p 126 Fuit conclusum quod Petro de Ripalta, armigero, concedatur quod possit impune merlari facere unam suam domum in Villa. 30

1479 die XVII februarii, de mane.

Congregatis infrascriptis, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Johanne Jacobo de Trivultio, 35
d. Orpheo de Richavo,

[a] *Parzialmente corretto.*

d. Azone Vicecomite[a],
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Simonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
5 d. Johanne Jacobo Symonetta

Francisco Ricio, cancellario.

Super querela hominum Vallis Sesie, conquerentium de domino Innocentio de Mistrano, fuit conclusum quod scribatur dicto d. Innocentio, ut abstineat ab iniuriis; et scribatur dictis hominibus quod, nisi abstinuerit, se defen-
10 dant.

Fuit auditus magnificus dominus Antonius Donatus, orator venetus, qui, presente Hieronymo Morello, oratore florentino, legit litteras Dominii Veneti factas in Consilio Decemvirum, continentes quod christianissimus Rex Franchorum scripsit ad dominum de Arpayone[55], oratorem suum Romę, ut procuret
15 reducere comitem Hieronymum ad devotionem suę Majestatis et illustrissime Lige nostrę, exhortans quod illustrissimi Principes nostri velint scribere Oratori suo Rome, ut intelligat se cum sociis et cum prudentia faveat huic rei, attento quod qui habent comitem Hieronymum, habent Pontificem etc. Cui fuit responsum quod Principes nostri laudant consilium prefati illustrissimi Dominii;
20 et responderunt Oratori Venetiis agenti, laudando ut supra; similiter scripserunt de novo scribere Oratori destinato[b] Romam, ut una cum sociis[b] faveat huic rei etc.

Super supplicatione Leonelli de Corigia[b], petentis stipendium unius armigeri, sicuti habebat, et quem armigerum tenuit et tenet[b], conclusum[b] quod
25 detur dictum stipendium[c], quam primum accidat locum, etc.

Super litteris Johannis de Castiliono, commissarii Ultra Padum, conque- p 127 rentis de Johanne Antonio de Pusterla, qui vult violare filiam cuiusdam sui massarii, fuit conclusum quod scribatur Capitaneo Galeratis, ut ipsum detineat et reperiat veritatem et adviset, providendo ne de similibus amplius habeatur
30 querela.

Fuit conclusum quod scribatur Castellano Clavenę quod illas munitiones, quas sibi consignavit Franciscus de Varisio exhibeat secundum necessitatem ad requisitionem Commissarii Clavenę, pro defensione illorum locorum etc.

Super supplicatione illius Capellani Sancti Satyri, qui fregit capsam et ca-
35 licem, fuit conclusum quod eius supplicatio, cum supplicatione vicinorum, remittatur Vicario Archiepiscopali, ut jus faciat.

[a] *Nell'interlineo.* [b] *Parzialmente corretto.* [c] *Corretto su* sti

55. Guy d'Arpagon, visconte di Lautrec.

Fuit conclusum quod scribatur Commissario Berselli, ut illi Morello Caymo det tantummodo res suas; res autem donatas a domino Lodovico, ut sunt vascella et stabilia, non det aliquo pacto, illud parum frumenti det libere.

Circa administrationem rerum domini Lodovici dimittat curam illis qui a Magistris ordinabuntur; sed ipse faveat in omnibus pro utilitate Principum nostrorum. De fratribus Mulionis domini Lodovici nihil faciat pro nunc. 5

D. Bartholomeus Chalcus rettulit illustrissimam Dominam nostram nolle innovari illud quod stabilitum fuit per illustrissimum d. ducem Galeaz in causa comitum Petri et Johannis de Ruschis.

Eodem die, post prandium. 10

Fuit conclusum super querela facta per d. Johannem Matheum Buttigiellam de suspensione concessa d. Francisco Strozio quod scribatur Potestati Papie: si ipse Franciscus nullum habet interesse in causa, nec nominatus sit in ea, procedat ad ipsius causę expeditionem, nonobstante dicta suspensione.

p 128 Super requisitione domini Guidonis Rubei facta per Beltrandum, eius nuncium, quod ipse d. Guido non potest stare et perseverare in Lunensi ad illam impresiam cum quadraginta ducatis, mense quolibet, et sine aliquibus peditibus ad suam obedientiam etc., fuit conclusum quod scribatur Petro Marie Rubeo, eius patri, quod gratum esset Principibus nostris quod dictus dominus Guido restet more solito; et, si non vult stare, redeat domum, dimissis quinquaginta balistariis cum uno capite, quibus illustrissima Domina nostra solvet. 15 20

1479 die XVIII[a] februarii, de mane.

Congregatis infrascriptis, videlicet:

magnifico d. Sforcia Secundo,
rev. d. Episcopo Cumensi, 25
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino,
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Petro de Landriano, 30
d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Simonetta.

D. Johanne Simonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonetta 35

Francisco Ritio, cancellario.

Fuit dictum Antonio de Landriano, thexaurario generali, quod debeat accipere mutuo a domino Francisco Bulla ducatos CCCC, quos debeat numerare Antonio de Montecestino, nuncio illustris d. Marchionis Montisferrati; et ipse Thexaurarius promittat per scriptum restituere per totum mensem proxime
5 marcii libere et sine ulla exceptione; hoc medio poterunt videri rationes quondam Cesaris de Parma cum d. Marchione prefato per Pasinum de Vicomercato et Antonium Rabiam, ellectos arbitros; et, si d. Marchio judicabitur debitor, fiat retentio super paghis Dominationis sue; si non creditor, debeat tunc cogi d. Franciscus ad exbursandum in continenti dictos CCCC ducatos.

10 Conclusum etiam quod hoc medio scribatur Magistris Intratarum et dicto Thexaurario quod ponant istos CCCC ducatos ad computum prefati d. Marchionis super eius provisione anni presentis donec declaretur, ut supra. Dictum, tamen, fuit Antonio de Montecestino quod si non afferat mandatum opportunum et scripturas coram dictis arbitris et non sollicitet pro expeditione, quod, p 133
15 postea, in fine marcii proxime, fiet retentio dictorum CCCC ducatorum super paghis domini Marchionis.

Vocati fuerunt magnifici Oratores venetus et florentinus et ferrariensis, quibus lecta fuit responsio facienda magistro Alexandro de Anchona, oratori domini regis Ferdinandi; qui omnes approbarunt et commendarunt; que re-
20 sponsio fuit etiam lecta illustrissime Domine nostre, heri, in sero, et eius Excellentia approbavit.

Eodem die, post prandium.

Congregatis suprascriptis omnibus coram illustrissima domina nostra ducissa Bona, in eius camera cubiculari. Fuit vocatus frater magister Alexander de An-
25 chona, regis Ferdinandi nuncius, cui, ad exposita per eum, fuit responsum in scriptis, prout in minuta continetur. Ad quę ipse magister Alexander replicavit, prout in scriptis per eum datis continetur.

Fuit dictum et mandatum Cancellario illustris d. Phylippi Marie Sfortie quod referat ipso d. Phylippo Marie, ut faciat fieri jus contra homines suos
30 de Piora, qui, fractis muris rebellini, depredati sunt res hominum illius loci, in iniuriam domini Antonii militis de Curte, certificando ipsum quod si secus fecerit, illustrissimi Principes providebunt opportune; et post hac cum dicto domino Antonio bene vicinet; satis est id quod factum fuit tempore ducis Galeacii, quod mittitur oblivioni.

35 Fuit conclusum quod Pasquae, squadrerio, detur conducta octuaginta peditum de illis qui sunt in Lunensi, eo modo quo habent Balzarinus de Laude et Petrus de Curte.

1479 die XVIIII[a] februarii, de mane.

Congregatis infrascriptis, videlicet:

magnifico d. Sfortia Secundo,
rev. d. Episcopo Comensi,
d. Petro Francisco Vicecomite, 5
d. Palavicino et
p 134 d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Orpheo de Richavo,
d. Petro Landriano,
d. Azone Vicecomite, 10
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonetta

Francisco Ricio, cancellario. 15

Fuit licentiatus magister Alexander de Anchona, regis Ferdinandi nuncius, sub responsione facta ei, hesterna die, in conspectu illustrissime Domine nostre.

Ill. d. Phylippus Maria et Sfortia Secundus presentaverunt litteras eis missas a Summo Pontifice et rege Ferdinando in favorem Ducis Bari et domini Lodovici Sfortie; de qua re fuerunt commendati de fide, et fuit eis dictum quod non 20 est necessarium respondere dictis litteris.

Similiter, fuit commendatus Jacomettus Sfortie, qui exposuit oblationes sibi factas nomine Ducis Barri et d. Roberti, quibus noluit assentire et refutavit duo milia ducatorum, eorum nomine oblata.

Cancellarius magnifici d. Antonii Donati, oratoris veneti [a], gravissime con- 25 questus est de d. Johanne Origo Pegio, qui dixit verba indigna et vituperosa contra ipsum Oratorem; propter quod fuit commissum Officiali banche Potestatis quod ponat in scriptis dicta verba et huc afferat, quia fiet opportuna provisio.

Eodem die, post prandium.

Congregatis supscriptis, ut supra. 30

Fuit conclusum quod illustri d. Duci Janue mittantur denarii pro trecentis peditibus, pro uno mense.

[a] *Segue* qui *cancellato.*

Magnificus d. comes Johannes Bonromeus, nomine suo et eius fratris, porrexit supplicationem in facto Anglerie [56], petens aut investiri, ut erant tempore ducis Francisci, aut committi de jure; fuit responsum quod dicetur illustrissime Domine nostre.

5 Item, fuit conclusum quod scribatur Leonino Bilie quod non faciat aliquam demonstrationem de Falzia, dimisso per homines Bormii, sed dissimulet pro presenti.

Auditus fuit Johannes Franciscus Phylipertus, qui conquestus est quod sibi fit iniuria in diferentia, quam habet contra Melchionem de Mediisbarbis circa 10 capitula sibi concessa pro Caneparia salis Papie; unde conclusum est quod partes elligant unum doctorem confidentem, qui, intra duos vel tres dies, declaret quid juris, et eidem dentur scripta Magistrorum, qui dixerunt apparere eorum, et scripture pertinentes ad hoc. p 135

Fuit conclusum quod d. Baldessari de Aymis concedatur suspensio causarum 15 suarum, donec expediatur hic causa Camere ducalis, in qua est impeditus et hoc circa partium jurium preiudicium.

Fuit conclusum quod scribatur Capitaneo Devetus Parmensis et Gubernatori Parme quod permittatur homines de Valle Cavaleriorum impune et tuto venire et practichare in merchato Langhirani. Et scribatur d. Episcopo Parme ut 20 exhortetur illos homines ad bene et fideliter vivendum, et Capitaneus Devetus pro presenti dissimulet insulta contra suam Familiam, facta per dictos homines Vallis Cavalleriorum.

Item, fuit conclusum quod scribatur domino Federico Palavicino quod permittat transire conducentes ducale frumentum in Lunensem, qui habebunt 25 bullettinum Gottardi Del Torghio; et de hoc advisetur dictus Gottardus.

Fuit dictum Potestati Mediolani, ut in scriptis poni faciat omnia illa verba, que dicta fuerunt per dominum Johannem Henrigum Pegium contra Oratorem venetum et huc afferri faciat, ut opportune provideri possit.

Die XX februarii 1479, de mane.

30 Congregatis infrascriptis, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
35 d. Orpheo de Richavo,
d. Petro de Landriano,

56. Angera. Cfr. *Acta* II, nota 53.

d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis
d. Johanne Jacobo Symonetta

5

Francisco Ricio, cancellario.

p 136 Vocatus fuit d. Prepositus Bremide et ei fuit dictum quod illustrissimi Principes nostri volunt omnino quod nepotes Zanotti Vicecomitis, heredes quondam comitis Leonori, de legato ei facto per testamentum dicti comitis Leonori, videlicet ut quilibet ratam suam solvat d. Clare de Ghisulfis, eorum matri[a], ita quod dicta domina Clara habeat dictum legatum integrum, juxta dispositionem testamenti et ut habuit in preterito; quod, si recusarent facere, ex nunc, illustrissimi Domini nostri facient expediri litteras, quibus sequestrabuntur et accipientur fructus ipsorum heredum, pro satisfactione dicti legati.

10

Fuit auditus magnificus d. Hieronymus Morellus, orator florentinus, qui nomine sue excelse Reipublice, exposuit qualiter conducti sunt ad eorum stipendia illustres domini Robertus de Arimino et Constantius Sforcia de Pisauro; et quod sunt in practicha conducendi Antonellum de Forlivio; et excusationem fecit de 500 peditibus mittendis in Lunensem, concludendo quod[b] credit quod omnino mittentur.

15

20

Deinde, fuit ordinatum quod Cancellario Oratoris veneti circa litteras passus pro Pretoribus Creme et aliarum terrarum Dominii Veneti, quas petit pro quibusdam rebus conducendis sine datio, respondeatur quod datia sunt assignata et hoc fieri non posset et illud parum, quod fuit concessum, est necessarium quod solvatur de bursa Principum nostrorum.

25

Fuit, deinde, reprensus dominus Johannes Honrigus Pegius de verbis dictis in dedecus Oratoris veneti et fuit admonitus quod in vesperi redeat cum illo Francisco Pasquali.

Fuerunt auditi Magistri Ordinarii, qui damnarunt magnam impensam, que fit per Cameram ducalem in Officialibus super provisione ne fraudentur blada; super qua re fuit deliberatum et conclusum quod dicti Officiales cassentur, ut non necessarii, et Capitanei Devetus, ad hoc deputati, habeant curam providendi ne fraudentur blada; et diminuatur etiam numerus et impensa Cancellariorum et Coadiutorum, qui sunt in Officio Deputatorum; et hoc faciant Magistri et hoc referant his magnificis dominis Consiliariis.

30

35

[a] *Nell'interlineo.* [b] *Parzialmente corretto.*

Eodem die, post prandium.

Congregatis suprascriptis omnibus Senatoribus et[a] Secretariis.

In facto illorum detentorum[b] in Pizleone, propterea quod occiderunt Franciscum de Mantua, propter liberam licentiam et commissionem factam per Commissarium Cremone, conclusum quod res hec remittatur libere ad Consilium Secretum. p 137

Fuit ordinatum quod Aloysius Villanus veniat huc, cras in mane, propter illos de Valle Lugani.

Fuit etiam conclusum quod, si placebit illustrissime Domine nostre, deputetur d. Johannes Jacobus Trivultius ad gubernationem et superioritatem Ducalis Familię armorum, remanentibus, tamen, in loco suo d. Michaele Batalie et d. comite Borella in loco suo; et ad gubernationem columnelli dicti d. Johannis Jacobi deputetur dominus Antonius Trottus: et, sic, habebuntur duo homines bone experientię et auctoritatis, nec sequentur inconvenientia, quę secuta sunt propter inobedientiam dictę Familię; sed hec omnia dicantur prius illustrissime Domine nostre.

1479 die 21 februarii, de mane.

Congregatis infrascriptis Senatoribus, ut supra, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Petro Landriano,
d. Azone Vicecomite et
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonetta

Ser Matheo, canzellario.

Facta fuit querela nomine Baptiste Collette, commissarii Pontremoli, quod per Consilium Secretum fuerit facta commissio d. Guidoni Rubeo et Facio Gallerano pro revidenda quadam condemnatione facta per ipsum Commissarium contra Benedictum Vivaldum, attento quod ipse fecit juridice ipsam condemna-

[a] *Segue* cons *cancell.* [b] *Parzialmente corretto.*

tionem, quę fuit approbata per Magistros Extraordinarios, et per eorum litteras commissa fuit executio ipsi Baptiste commissario; conclusum quod revocentur huiusmodi littere, et ita commissum est d. Bartholomeo Chalco quod mittat ad Consilium ad faciendum revocare dictas litteras.

p 138 Item, ordinatum fuit quod scribatur dictis d. Guidoni et Facio quod non immisceant se in rebus quę spectant ad officium ipsius Commissarii, sed solummodo de his que spectant ad Statum. 5

Similiter, ordinatum fuit quod scribatur d. Johanni Antonio Cotte, commissario Dondossule, ut non immisceat se in iis quę spectant ad justiciam et officium Capitanei ibi, sed tantummodo de iis quę pertinent ad Statum. 10

Fuit conclusum quod domino Antonio militi de Curte concedatur licentia eundi ad stipendia cuiuscumque Potentatus et Dominii illustrissimi nostri Foederis et cuiuscumque non sit inimicus huius Status.

1479 die XXII februarii, de mane.

Congregatis suprascriptis omnibus. De voluntate illustrissime Domine nostre mandatum fuit Alexandro[a] Collette[a], ducali canzellario, ut vadat ad Consilium Secretum ad legendum litteras ordinatas et comprobatas per suam Excellentiam ad declarandum illustrem Ducem Bari et d. Lodovicum Sforciam rebelles esse et inimicos sue Excellentie et ad confiscandum eorum bona et revocandum subditos sequentes dictos rebelles et, ut in dictis litteris latius continetur etc[57]. Qui Alexander[a] Colletta[a] ivit et legit dictas litteras ipsi Consilio; quibus lectis, omnes dicti Consiliarii laudarunt et commendarunt dictas litteras, dicentes esse exequendas, quia dictus Dux Bari et dominus Lodovicus, propter gravissimos excessus suos, merentur multo peiora, maxime quia ingrati fuerunt in non recognoscendo clementiam, qua erga eos illustrissima Domina nostra usa fuit et primo dixit: 15 20 25

d. Augustinus Rubeus, deinde,
d. comes Johannes Bonromeus,
d. Antonius de Marliano,
d. Raymundus Lupus,
d. Jacobus Cusanus, 30
d. Lucas Grimaldus;
dicentes, etiam, esse facienda pacta.

[a] *Corretto su raschiatura.*

57. La grida contro Lodovico, Sforza Maria e Roberto da S. Severino fu pubblicata il 27 febbraio (ASMi: *Reg. Panigarola* 10, ff 15-16; cfr. *Ib.* la «prorogatio», 31 marzo seg., ff 16ᵗ-17ᵗ). Cfr. *I Registri dell'Ufficio degli Statuti di Milano* a cura di N. Ferorelli (Milano 1920). <Inventari e Regesti dell'ASMi, 3> 123 regesti 7, 9. 35

Eodem die, post prandium.

Iniunctum fuit Phylippo Ferrufino, ut, denuo, adeat Ordinarios Maioris[a] Ecclesię Mediolani, et eis dicat quod visum est responsum quod fecerunt in causa, quam habent cum domino Alexandro de Raude, et illustrissimi Prin-
5 cipes perseverant in eo quod eis Ordinariis dictum fuit per suprascriptum Phylippum, nomine prefatorum Principum nostrorum, videlicet, quod renuncient particule illius Rescripti apostolici, qua disponitur quod causa predicta intelligatur devoluta esse in Curiam Romanam, casu quo commissari ellecti p 139 non expediant causam ipsam, hinc ad Pascha |proximum Resurectionis Do-
10 minice; et si predicti Ordinarii recusarent id facere et dicerent quod desisterent a divinis officiis, respondeatur eis per ipsum Phylippum quod alii surrogabuntur et deputabuntur loco ipsorum, qui divina officia celebrabunt.

Omnes Magistri Intratarum et Commissarii salis causam, quam habent invicem Melchion de Mediisbarbis et Johannes Franciscus de Filipertis, occasione
15 Caneparie salis Papie, intelligant, declarent et terminent, prout eis justum videbitur et honestum; et ita eis scribatur; et ita scribatur, una cum dictis Magistris, d. Antonio de Marliano, consiliario.

Die XXIII februarii, de mane.

Congregatis infrascriptis Consiliariis, videlicet:

20 magnifico d. Sfortia Secundo,
rev. d. Episcopo Comensi,
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
25 d. Petro de Landriano,
d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
30 d. Johanne Jacobo Symonetta

Alexandro Colletta, cancellario.

Auditi fuerunt domini Johannes Botta, Karolus de Trivultio, Johannes Advocatus et Johannes de Cusano, qui attulerunt ordinationes per eos factas pro

[a] *Parzialmente corretto.*

Officio bladorum; quę ordinationes lecte fuerunt et approbate; et commissum d. Bartholomeo Chalco ut faciat litteras opportunas pro observatione dictarum ordinationum, scilicet, Magistris et ipsis Deputatis.

Fuit conclusum et ordinatum quod respondeatur Cancellario comitis Manfredi de Lando; et, ita, responsum fuit quod illustrissimi Principes nostri sunt contenti accipere in se arcem Montanarii; et preparabit Castellanum et interim ipse Comes faciat dictam arcem bene custodiri et muniri[a] victualiis pro sex mensibus et pro XXX personis. (p 140)

Deinde, fuit conclusum quod Baptista de Binascho, cum XXV suis provisionatis, mittatur ad custodiam dicte arcis, et, pro nunc, mittatur ei una paga.

Eodem die, post prandium.

Convocatis et congregatis suprascriptis Senatoribus, ut supra.

Fuit[a] vocatus magnificus comes Johannes Bonromeus et ei fuerunt[a] lecte littere ordinate per illustrissimam d. Ducissam circa factum Anglerię, quibus disponitur quod ad beneplacitum possideant ipse Comes et frater Angleriam, prout possiderunt; qui comes Johannes dixit sibi non placere dictas litteras, nec acceptavit, sed institet[b] in prima petitione, ut hec res committatur de jure aut reinvestiantur ipsi Comites, eo modo quo erant investiti tempore quondam ducis Francisci Sfortię.

Fuit lecta minuta directiva Commissario et Potestati Papię in facto Francisci de Laude, famuli Antonii de Georgiis, continentie quod faciat secundum dispositionem juris et Statutorum et ordinum civitatis Papię; que minuta fuit approbata per suprascriptos Senatores.

Conclusum quod res Pandini pro domino Ugone de Sancto Severino expediatur, juxta ordinationem factam.

Fuit conclusum et ordinatum quod mittatur Johannes Mattus de Casalibuttano cum XXV peditibus ad custodiam ferrerie arcis Reate.

1479[a] die XXIIII° februarii, de mane.

Congregatis suprascriptis.

Fuit auditus[a] Jacobus Alpherius, qui petivit aut[c] confirmari patruum suum in officio quod tenet nunc, aut dari alium officium, aut restitui denarios suos; cui[c] fuit responsum quod dicetur illustrissime Dominę nostre.

[a] *Parzialmente corretto.* [b] *Corretto su* institit [c] *Corretto su raschiatura.*

Fuit conclusum quod Baptista de Binasco cum XXV peditibus mittatur ad custodiam Reate ferrerię, attento quod Johannes Mattus, primo deputatus, non est idoneus.

Fuerunt auditi Ambaxiatores Pontremuli, qui exposuerunt in scriptis, ut 5 apparet in filzia.

Die XXV februarii 1479[a]. p 141

Congregatis infrascriptis Senatoribus, videlicet:

magnifico d. Sfortia Secundo,
rev. d. Episcopo Comensi,
10 d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino,
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo Trivultio,
d. Petro Landriano,
15 d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco
d. Johanne Jacobo Symonetta } secretariis.
20 Francisco Ritio, cancellario.

Fuit conclusum quod caballario veneto, qui portavit litteras de pace conclusa cum Turcho, donetur zornea[b] et caligę a divisia sforcescha, cum una diployde de fustaneo; et etiam donentur ducati decem[58].

Fuit auditus Zacharias de Pisis, orator illustris d. Marchionis Mantue, qui 25 rettulit in consonantia, ut retulerat heri dominus Johannes Aloysius Bossius de voluntate prefati d. Marchionis de rebus ei requisitis per Principes nostros; quo audito, fuit ordinatum ut fierent littere directive prefato d. Marchioni tenoris qui est in minutis positis in filza.

Eodem die, post prandium.

30 Congregatis suprascriptis.

Fuit vocatus magnificus d. Johannes Lodovicus Palavicinus et ei fuit dictum quod illustrissima Domina nostra vult quod arx Busseti deponatur in uno con-

[a] *Segue* febru *cancell.* [b] *Nell'interlineo su* diploy

58. Pace di Costantinopoli, tra Maometto II e la Serenissima: 25 gennaio 1479. La prima notizia fu divulgata a Venezia il 21 febbraio Cfr. *Commemoriali* XVI (Predelli V 228-29).

fidenti, aut in sua Excellentia, donec terminentur differentię inter ipsum et dominum Palavicinum, fratrem suum; qui d. Johannes Lodovicus post multa verba et exclamationes dixit non esse conveniens, justum, neque necessarium quod deponatur dicta arx; ideo, ad hoc non debere astringi, sed, ut intelligatur quod p 142 ipse non intendit velle usurpare partem domini Palavicini, fratris sui, sed velle 5 tantummodo ab eo dividere et habere partem suam seperatam pro evitandis scandalis, offert se mansurum hic Mediolani cum persona et daturum securitates opportunas et faciet divisionem infra unum mensem; qua facta, dabit dicto domino Palavicino arbitrium elligendi utram partem voluerit, dando primo ipsi d. Johanni Lodovico id quod in ipsa divisione declarabit dandum esse ante 10 partem illi qui erit posterior in accipiendo partem, aut quod, e contrario, ipse dominus Palavicinus dabit ellectionem ipsi domino Johanni Lodovico et habebit primo ipse dominus Palavicinus supradictum avantagium; et, si non expediverit ipse dominus Johannes Lodovicus dictam divisionem, infra mensem, ut supra, tunc arx ipsa deponatur in confidenti, aut in Principibus nostris; dixit 15 quod non dividet possessiones divisas, nisi eveniret pro aptandis partibus faciendum esse aliquod contracambium de aliqua possessione, quod fiet, aut per contracambium possessionum, aut per denarios, et, cum hoc, quod illi, qui non habebit Bussetum, liceat facere unam arcem in plano, in parte sibi tangente, remota omni molestia et impedimento, prout in scripturis ipsius divisionis con- 20 tinetur.

1479 die 26 februarii, de mane.

Congregatis Senatoribus infrascriptis, ut supra:

magnifico d. Sfortia Secundo,
rev. d. Episcopo Comi, 25
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino,
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Petro Landriano, 30
d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonetta 35

Francisco Ritio, cancellario.

Pro expeditione illorum de Pontremulo, primo, conclusum est, quantum ad rem exemptionis illorum de Herrighinis, de qua aggravantur Pontremulenses,

quod scribatur Commissario Pontremuli quod mittat copiam exemptionis suprascripte et copiam omnium confirmationum, quas fecerunt dux Franciscus et dux Galeaz, et illustrissimorum Dominorum nostrorum, et, item, mittat copiam omnium huiusmodi exemptionum concessarum, tam per Comune Pontremuli, quam per dominos Duces Mediolani, a tempore ducis Francisci citra et usque in hodiernum diem. Deinde, idem Commissarius Pontremuli voluntatem circa hanc exemptionem illorum de Herrighinis totius Consilii Generalis et demum adviset [a], non permittendo aliquid innovari circa hanc exemptionem, donec habebit responsum a Ducibus nostris et, etiam, non molestando correctores, occasione precepti sibi facti predicta de causa. (p 143)

Conclusum, etiam, quod scribatur Commissario Pontremuli quod [b] hortetur Comune Pontremuli ad faciendum eas commoditates sociis, qui positi sunt in fortiliciis Pontremuli, quas faciunt peditibus, qui morantur in ipsa terra Pontremuli.

Conclusum quod scribatur Capitaneo Episcopatus Parme quod non permittat accipere aliquid de frumento, quod conducitur ex Parmensi Pontremulum.

Conclusum super querela domini Galasii de Landriano quod homines Bardelle, nuper, mortaliter vulnerarunt quendam eius bergaminum, quod det nomina malefactorum et, postea, comittatur Capitaneo Glaree Addue, ut eos clam capiat.

Conclusum etiam fuit quod illi [c] mille modii [c] bladorum, qui proxime missi sunt Belinzonam, stent in munitione sub quattuor clavibus, quarum unam teneat Commissarius, duas homines Comunitatis et unam Castellanus magnus. Reliqua, vero, blada et farine convertantur in laboreria facienda et, etiam, ea triginta, quę, anno preterito, missa fuerunt.

Super supplicatione molinariorum Mediolani et Ducatus, conquerentium non servari per Datiarios litteras patentes sibi concessas, fuit conclusum quod domini Magistri Ordinarii intelligant supplicata et provideant quod dicte patentes cum eorum participatione concesse in Senatu Secreto observentur, nec detur amplius causa juste querele dictis supplicantibus.

In facto turris Scurani, fuit conclusum quod scribatur Commissario Parme, ut faciat eam demoliri, usque ad fundamenta [d]. (p 144)

In facto Jacobi, filii magnifici Petri Marie Rubei, fuit conclusum quod ei scribatur quod a Principibus nostris, nec hic, nec alibi, habet aliquod nutrimentum; et admoneatur ipse Jacobus per Episcopum Comi, ut non permittat se videri hic, quia dictus Petrus Maria, eius [e] pater [e], faciet [f] eum offendi etc.

In facto Morelli de Parma, ducalis familiaris armorum, missi huc per Castellanum Florentiole, apud quem fuerat detentus pro suspitione, fuit conclusum quod scribatur Potestati et Castellano Florentiolę quod liberent eius fideius-

[a] *Così nel testo.* [b] *Corretto parzialmente.* [c] *Nel testo* illos mille modios [d] *Parzialmente corretto* su *fund.* [e] *Nell'interlineo* eius pater [f] *Su* facias *parzialmente corretto.*

sores; et ipse Morellus, quia fidelis est compertus, vadat ad standum ubi nunc est Familia armorum et scribatur domino Michaeli Battalię et comiti Borelle, ut eum reponant in loco suo, et restitui ei faciant equos, denarios et res suas omnes.

Item, fuit conclusum quod scribatur domino Leonardo Botte quod nobilibus Venetis euntibus et redeuntibus ad Preturas, Castellanarias et Magistratus in terras Venetas servabuntur littere passus pro lectis et vestibus et suppelectilibus suis. 5

Item, scribatur Referendario Cremonę quod sinat transire sine datio milium quod conduci facit illustrissimum Dominium Venetorum, prout fuit ei primo ordinatum. 10

Item, quod scribatur Feudatariis littere exhortatorie, ut pro hac vice permittant dictum milium transire sine datio.

Die XXVI februarii 1479, post prandium.

Congregatis eisdem Senatoribus. 15

Super supplicatione Johannis Marie de Vicecomitibus et fratrum ac Catherine de Spinellis, uxoris Princivalli de Lampugnano, petentium posse emere et vendere quedam sedumina jacentia in Mediolano, conclusum quod fiat licentia, attento etiam quod alias facta fuit similis licentia.

Super supplicatione Cesaris de Parma quondam d. Morelli, petentis quod precipiatur Potestati Mediolani quod circa incendium factum cassinę suę procedat sine aliquo respectu ad faciendum jus. 20

p 145

1479 die XXVII de mane februarii.

Congregatis Senatoribus infrascriptis, videlicet:

magnifico d. Sfortia Secundo, 25
rev. d. Episcopo Comensi,
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino,
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo de Trivultio, 30
d. Petro de Landriano,
d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta } secretariis.
d. Bartholomeo Chalco } 35

Alexandro Colletta, cancellario.

Fuit auditus Placentinus de Casate, ducalis armorum familiaris, incola Sancti Imenti, qui conquestus fuit de quodam Zanino de Valle, qui facit se provisionatum et fecit contra Episcopum et fratrem dicti Placentini, minando etc., multas insolentias; item, quia vulneravit quendam famulum ipsius Episcopi Pla-
5 centini; et, item, dixit sicuti detenti sunt nonnulli in manibus Commissarii, qui erant armati, quando predicta patrata fuerunt.

Super quibus rebus conclusum quod scribatur dicto Commissario quod faciat jus contra ipsos detentos, intelligendo suprascriptum Placentinum et habendo opportunas informationes; item quod studeat habere in manibus supra-
10 scriptum Zaninum et procedat contra ipsum, secundum quod sibi videbitur delicti naturam requirere.

Super querela parochianorum Sancti Satyri Mediolani, fuit vocatus et auditus Vicarius Archiepiscopatus Mediolani; et, facta discussione super hac re, fuit conclusum quod dominus Vicarius componat et aptet negocium, et quod
15 in diebus, in quibus sunt speciales indulgentie in dicta ecclesia sancti Satyri, oblationes que in ea fient, sint Rectoris, et, tamen, si que, etiam, fierent pro capella Virginis Marię, quę regitur per ipsos parochianos Scholares, sint ipsius capelle; in reliquis, vero, diebus, Rector Sancti Satyri[a] non intromittat se in oblationibus, que fiunt, quoniam fieri pretenduntur ob devotionem dicte ca-
20 pellę.

Conclusum quod ille Presbyter de Belinzona, detentus apud dominum Vicarium Curie[b] Archiepiscopalis, liberetur cum fideiussione idonea, quod ibit ad standum in civitate Laude; et, ita, commissum ipsi domino Vicario quod accipiat fideiussionem et exequatur, ut supra. p 146

25 Eodem die, post prandium.

Congregatis suprascriptis.

Fuit conclusum super supplicatione reverendi domini Episcopi Parmensis circa possessiones Episcopatui suo pertinentes in jurisdicione Berselli, quod dicta supplicatio mittatur ad Commissarium et Referendarium Parmę, qui se
30 bene informent de narratis in dicta supplicatione et quid observatum sit circa investituras et fictos dictarum possessionum tempore illorum de Corrigia ac, etiam, tempore domini Arasmi de Trivultio et, postea, tempore illustrissimi ducis Galeazii; et referant omnia distincte.

Fuit, etiam, conclusum super supplicatione Comunitatis Bormii quod scri-
35 batur Leonino Bilie et Potestati Burmii quod cassent et annullent omnia precepta penalia facta contra dictam Comunitatem[c] et homines Bormii propter

[a] *Nel testo* Sceptri [b] *Corretto su* curae [c] *Nell'interlineo.*

Johannem Falciam, dimissum contra eorum voluntatem[a], et fiant dicte littere opportune; et, sic, fuit responsum Nunciis Burminis[59].

p 147

1479 die primo marcii, de mane.

Congregatis infrascriptis Senatoribus, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi, 5
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo Trivultio,
d. Petro de Landriano,
d. Azone Vicecomite, 10
d. Cicho Symonetta.

D. Bartholomeo Chalco
d. Johanne Symonetta } secretariis.
d. Johanne Jacobo Simonetta

Francisco Ritio, cancellario. 15

Fuit conclusum quod in causa d. Johannis Lodovici et domini Palavicini, fratrum ex Marchionibus Palavicinis, quod, pro minori inconvenienti, fiat et ordinetur quod d. Johannes Lodovicus faciat divisionem, infra mensem unum, hoc modo videlicet:

Primo, ch'el magnifico misere Johanne Lodovico, ut maior natu, debea, in- 20 fra 'l termino de uno mese proxime futuro, fare le parte de tutte le cose: terre, castelle et juredicione[b], che hanno comune. Et, facta la dicta divisione, debea dare la ellectione al prefato misere Palavicino de possere pigliare quale parte gli piacerà, con dare ad misere Johanne Lodovico quello avantagio inazi tracto che in la divisione per comune partito serà declarato conveniente darsi da chi 25 haverà la ellecta a coluy chi restarà posteriore, et sia in arbitrio del prefato misere Palavicino de prendere o lassare prendere al dicto misere Johanne Lodovico, intendendosi sempre ch'el posteriore habia el predicto avantagio.

[a] *Parzialmente corr.* [b] *Corretto su* jurisdicione

59. L'urto minacciato dai Grigioni contro contro Bormio dall'ottobre al dicembre del '78 sembrava sospeso; ma qualche episodio, come la cattura di Pietro Paolo Pegio nel febbraio del '79 fece temere anche delle intenzioni di G. di Matsch (BESTA, *Bormio antica e medievale*, pp. 108-110). La Corte era preoccupata della situazione in Bormio e sul caso di Giovanni Falcia aveva già avvertito il podestà di non fare nemmeno parola. 30

Item, ch'el prefato misere Johanne Lodovico non possa, nè debea [a], nè dividere, nè ponere in parte le possessione divise, o aquistate privatamente per alcuno de loro fratelli, ma bene gli sia licito, per ingualare et accomodare le parte, possere fare contracambio de qualuncha delle dicte possessione serà ne-
5 cessario, purchè dicto contracambio se facia equalmente et justo, in modo che nisuna delle parte sia fraudata.

Item, che sia licito a quello de dicti fratelli che remanerà senza la dicta terra de Busseto, possere ponere et fare fabricare un'altra forteza et terra, nel piano, in la parte gli tocharà; et coluy chi se trovarà havere Busseto, non gli debea
10 dare molestia, nè impedimento alcuno in la dicta fabricatione sotto pena de ducati XXm., per caduna volta contrafacesse; la quale pena sia applicata, per la mittade alla ducale Camera et per l'altra mittà alla parte offesa, o molestata in dicta fabricatione. (p 148)

Item, che se la terra et forteza de Busseto remanesse a misere Johanne Lodovi-
15 co, eo casu, misere Palavicino sia tenuto et obligato lassarglila libera, senza contraditione, nè impedimento alcuno, et, e contrario, se la dicta terra et rocha de Busseto tochasse a misere Palavicino, simelmente el prefato misere Johanne Lodovico sia obligato lassarglila libera, ut supra; et questo se debea observare da l'una parte et da l'altra, sotto pena de vintimilia ducati, da applicarsi, ut supra.

20 Item, ch'el dicto misere Johanne Lodovico, infra 'l termino de VIII dì, debea havere dato bona et idonea securtà de ducati XXm. de non partirsi da Milano, finchè non haverà facta la dicta divisione infra 'l dicto termino de uno mese; et statim, finito el termino de dicto mese, non havendo el dicto misere Johan Lodovico expedita la dicta divisione, sia obligato, sotto pena delli dicti XXm.
25 ducati, consignare la dicta fortezza et rocha de Busseto ad uno confidente della parte, aut ad chi deputarà li nostri illustrissimi Signori; et, ex nunc, li dicti fratelli debeano ellegere el confidente; aut, non accordandosi in epsa ellectione, declarano, ex nunc, stare patienti et contenti de quello che elligeranno li prefati illustrissimi Signori nostri, senza exceptione o contradictione alcuna. Et
30 tutte le predicte cose, singula singulis congrue referendo, li prefati fratelli debeano inviolabelmente observare, sub vinculo sacramenti et sotto la pena predicta, da applicarsi, ut supra, sine prejudicio juris alicuius tercii.

Eodem die, post prandium.

Congregatis omnibus suprascriptis, excepto domino Johanne Jacobo Symo-
35 netta, secretario; Filippo Ferrufino existente cancellario.

Admissis dominis Vicario Provisionum Mediolani, Paulo de Castiliono, Johanne Botto et Michaele de Cremona circa querelam per Laurentium de (p 149)

[a] *Nell'interlineo.*

Reate quod Galvanus Cantellus petit damna et interesse coram ipso Vicario Provisionum, eo quod non manutenuerit eum ad possessionem ferrerie placentine, vigore[a] investiturę sue; ad quę damna pretendit is Laurentius non teneri, quia asserit de facto spoliatum fuisse ab[b] illustrissimo quondam domino duce Galeaz; et auditis et intellectis omnibus circa predicta, ordinatum fuit quod predictus Vicarius, coram quo causa predicta vertitur, intelligat a predictis d. Paulo, Johanne Botto et Michaele, tanquam informatis de apprensione ipsius ferrerie, facta per nunc quondam illustrissimum ducem Galeaz, quomodo ipsa apprensio facta fuit, et, maxime, an de facto prelibatus illustrissimus dominus dux Galeaz apprenderit possessionem ipsius ferrerie, et cognito apparere ipsorum domini Pauli, Johannis et Michaelis, circa predicta, necnon visa relatione alias facta per ducale Consilium Secretum super apprhensione predicta tempore prelibati illustrissimi domini ducis Galeaz, in qua relatione declaratur, an prelibatus d. Dux de jure apprendere poterat possessionem ipsius[a] ferrerie, is dominus Vicarius, exinde, faciat circa[c] premissam petitionem[a] damnorum et, exinde, circa[a] commissionem suam, quod juris fuerit, ita quod nemo juste conqueri possit.

Die III[b] marcii 1479.

Congregatis Senatoribus infrascriptis, videlicet:

magnifico d. Sfortia Secundo,
rev. d. Episcopo Comensi,
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino,
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Simonetta }
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.

Francisco Ritio, cancellario.

Conclusum super litteris Commissarii Placentie circa reparationem terre Florenzole faciendam, quod intentio illustrissimorum Dominorum nostrorum est quod ecclesiastici et etiam armigeri et, denique, omnes, nemine excepto, contribuant huiusmodi reparationi.

[a] *Su raschiatura.* [b] *Parzialmente corretto.* [c] *Nell'interlineo.*

Fuit, deinde, auditus magnificus Hieronymus Morrellus, orator florentinus, qui nomine[a] sue Reipublice, requisivit suscipi per Principes nostros, una cum eis, protectionem domini Roberti de Arimino et Pandulfi, eius filii, ac Status sui presentis, et quem, durante presenti bello, acquirere et recuperare continget 5 de Statu, terris et locis, que fuerunt predecessorum suorum de Malatestis, et nunc possidentur et occupantur per inimicos illustrissime Ligę nostrę; et hanc protectionem faciant illustrissimi Principes nostri una cum Florentinis, etiam si Veneti recusarent. Super qua re, fuit conclusum quod fiat amplum mandatum in dominum Leonardum Bottam de suscipienda una cum Venetis et Florentinis 10 modo suprascripto, et casu quo Veneti non concurrant, Principes nostri se intelligent ad opportunas provisiones; et scribatur domino Leonardo Botte, prout in minuta continetur.

Fuit dictum Capitaneo Justicie Mediolani quod circa canepam suam de vino vendendo, se intelligat et aptet cum d. Magistris Intratarum.

15 Die IIII[a] marcii 1479.

Congregatis antescriptis Senatoribus et Secretariis.

Francisco Ritio, cancellario.

Fuit auditus egregius[b] Antonius Donatus, orator illustris domini Marchionis Mantuę, qui, presente domino Zacharia de Pisis, prefati domini Marchionis ora- 20 tore, qui Antonius respondit quod dictus dominus Marchio misit ipsum huc ad respondendum quod est contentus accipere prestantiam a bello, juxta tenorem ducalium litterarum ad eius Excellentiam proxime scriptarum, et ibit in Etruriam cum 400 armigeris et 500 peditibus, rogans ut, quanto citius fieri possit, detur ei prestantia et, etiam, detur stipendium pacis, quod restat usque ad finem 25 anni prime firme; cui fuit responsum quod providebitur opportune.

1479 die V[ta] marcii, de mane.

Congregatis, ut supra, antescriptis Senatoribus, addito domino Johanne Jacobo Symonetta, secretario.

Francisco Ritio, cancellario.

30 Coram illustrissima Domina nostra. Fuit suę Excellentie dictum de denariis necessariis pro presentibus occurrentiis bellorum. p 151

[a] *Parzialmente corretto.* [b] *Su raschiatura.*

Que respondit quod nunc dabit partem denariorum, deinde, alloquetur Johannem Bottum et providebit de residuo, opportune.

Item, fuit dictum de non remittendo, neque augendo aliquo armigero in Familia neque in aliis; et fuit conclusum quod ita observetur.

Super facto domini Antonii Trotti, in quo facto fuit dictum de danda administratione Familie armorum domino Johanni Jacobo de Trivultio, et, in loco ipsius d. Johannis Jacobi, mittatur d. Antonius Trottus; circa quę omnia, illustrissima Domina nostra respondit non velle muttare Familiam, sed vocabitur dominus Johannes de Comite ad gubernationem ipsius, sed contentatur quod d. Antonio Trotto detur unus columnellus, videlicet, 60 armigeri de dicta Familia, cum stipendio[a] decem armigerorum, qui cassati sunt.

Eodem die, post prandium.

Congregatis suprascriptis, in loco consueto Consilii.

Ser Johanne de Belinzona, cancellario.

Fuit conclusum quod Petrus de Orto, detentus in manibus Potestatis Comi, conducatur Mediolanum in manu d. Johannis Antonii Sparvarie, ducalis vicarii generalis, propter allegatam suspitionem, qui[b] causam cognoscat et justiciam faciat.

Conclusum etiam fuit quod Bernardus Vicecomes, potestas Burmii, revocetur ab Officio, quia uxorem duxit filiam domini Francii de Burmio[60], et, loco sui, deputetur Hercules Del Mayno, qui satisfaciat Bernardo pro hoc tempore quod sibi restat habere ad kalendas januarii proxime futuras, et ulterius per annos[c] duos concedatur.

Fuerunt lecte littere directive d. Antonio Sicho, commissario Cremone, continentes quod illustrissimi Domini nostri conqueruntur de excessibus, qui committuntur in civitate Cremonę, concludendo quod, nisi provideat, mittetur alius Commissarius etc.; quę, lecta, fuit approbata.

p 152 Fuit conclusum quod Andree de Bersello, qui, cum uno socio, intervenit et tenuit manus ad occidendum Johannem Varolum, rebellem illustrissimorum Principum nostrorum, concedantur littere patentes, quibus permittatur[d] quod uti[e] et gaudere possit beneficio cridarum factarum Parmę: quod, si rebellis re-

[a] *Segue* cum stipendio *espunto.* [b] *Segue* de *cancellato.* [c] *Parzialmente corretto.* [d] *Corretto su* permittantur

60. Bernardo Visconti nominato podestà il 28 dicembre 1477, iniziò la sua carica il 1° gennaio del 1478, tenendola fino al 1479. Fu sua sposa Eleonora di Franco Visconti.

bellem interfecerit, possit impune redire in patriam et in Dominium, et in pristinam gratiam ac suis bonis gaudere etc. Et hoc fiat ut dicti rebelles dissipentur et inter se trucidentur.

1479 die sexta marcii, de mane.

5 Congregatis Senatoribus infrascriptis, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino,
d. Orpheo de Richavo,
10 d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Petro de Landriano,
d. Cicho Symonetta et
d. Azone Vicecomite.

D. Johanne Symonetta
15 d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonetta

Francisco Ritio, cancellario.

Fuit conclusum super supplicatione Angeli de Galesio, detenti apud Commissarium Placentie[a], quod scribatur dicto Commissario quod, auditis partibus,
20 jus ministret, aliquibus aliis litteris non obstantibus.

Super supplicatione Johannis Marie de Ripariis de Cremona pro Officio stratarum, fuit conclusum quod Bartholomeus Chalcus dicat illustrissime Domine nostre et exequatur eius Excellentie voluntatem.

Super differentia vertente inter dominum Ziliolum Oldoynum et illum de
25 Grassis, occasione quorundam bonorum etc., fuit conclusum quod vocetur huc Marchus Trottus et ei committatur quod referat dominis de Consilio Secreto quod circa predicta faciant ut eis justum videbitur.

Super supplicatione Comunis et hominum Sancti Columbani, conquerentium quod positi sunt in taxa reparationis Addue, conclusum quod remittatur
30 ad Magistros Extraordinarios, qui intelligant supplicata et opportune provideant, prout eis expediens et justum visum fuerit.

[a] *Parzialmente corretto su* Placenzie.

p 153

Die VIII marcii, post prandium.

Congregatis infrascriptis Senatoribus, videlicet:

magnifico domino Sfortia Secundo,
rev. d. Episcopo Comi,
d. Petro Francisco Vicecomite, 5
d. Palavicino,
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Symonetta. 10

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonetta

Alexandro Colletta, cancellario.

Conclusum fuit quod, postquam venerunt littere quod fortilitium Reate 15
munitum est nomine Principum nostrorum, relaxetur Laurentius de Reate; et quod circa differentiam, quam habet cum Galvano Cantello, occasione ferrerię, servetur tenor litterarum quondam domini ducis Galeaz.

Conclusum, etiam, fuit quod, propter inobedientiam Johannis Manfredi Palavicini, scribatur sibi et precipiatur, sub pena mille ducatorum, debeat li- 20
berare factorem domini Johannis Francisci Palavicini, fratris sui, et venire huc, quia ministrabitur jus.

Eodem die, post prandium

Congregatis suprascriptis Senatoribus et Secretariis.

Phylippo Ferrufino, cancellario. 25

Super supplicatione Viscardi et Zane de Monte Crestesio Vallis Domus Ossulę, consaguineorum germanorum, exponentium commisisse invicem incestum et ipsam Zanam effectam pregnantem peperisse infantem et eam[a] necasse, et detentam, postea, fuisse propter hoc infanticidium, et, propterea, supppliciter petentium veniam ac misericordiam, ordinatum fuit, attento hoc factum 30
fuisse metu mariti ipsius Zane, et in his sacris diebus Quadragesime imitandam esse Dei misericordiam, quod relaxetur e carceribus ipsa Zana, et predictus Vi-

[a] *Parzialmente corretto.*

scardus una cum[a] ipsa[a] Zana[a] liberentur et absolvantur ab huiusmodi commissis, quantum in nobis est.

Super causa Laurentii de Reate, petentis liberari a damnis et interesse, que petit Galvanus Cantellus coram Vicario provisionum Mediolani, eo quod non manutenuerit investituram factam de ferreria placentina, quam de facto accepit illustrissimus quondam dominus dux Galeaz etc., ordinatum fuit quod scribatur ipsi Vicario, ut, circa hoc, observet litteras prelibati Principis, scriptas domino Vicario provisionum, domino Johanni Botto et[b] Paulo de Castiliono, sub die XXI marcii 1476, signatas Cichus; quibus disponebatur quod is Laurentius non habeat obligationem aliquam versus Parmenses, occasione predictorum damnorum et interesse, ab eo tempore citra quo prefatus d. Dux predictam ferreriam accepit et quod, invicem, liberentur. p 154

Super supplicatione Aloysii de Ferrariis, notarii, exponentis captum esse per Potestatem Mediolani quendam de Cumis textorem panni, qui, anno elapso, graviter percusserat in hac urbe Mediolani ipsum Aloysium, ordinatum fuit quod ipse Potestas procederet adversus ipsum de Cumis malefactorem et jus faceret super premissis.

Fuit auditus Baldesar Coxa[61], orator et nuncius serenissimi[c] regis Rhenati et Ducis Calabrie, eius nepotis[62], qui pro se et Hectore Scaliono, socio, exposuit nomine prefatorum dominorum Regis et Ducis quod sue Dominationes offerunt personas, Statum et facultatem ad quancumque requisitionem illustrissimorum Principum nostrorum et illustrissimi Foederis nostri contra regem Ferdinandum, communem inimicum, et, non solum ad resistendum ei, sed, etiam, ad penitus expellendum, et quod hoc idem sunt oblaturi Venetiis, quo nunc proficiscuntur; fuerunt eis habite condigne gratie et quod vadant Venetias et Principes nostri consultabunt super oblatis et conferent cum sociis, habentes exploratissimum quod in omni casu prefatus rex Rhenatus et Dux essent paratissimi ad favorem Ligae.

Die VIIII° marcii 1479, de mane.

Congregatis infrascriptis, videlicet:

d. Episcopo Comensi,
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino,
d. Orpheo de Richavo,

[a] *Su raschiatura.* [b] *Corretto su* ex [c] *Parzialmente corretto.*

61. Figlio di Giovanni, conte di Troya, barone di Grimaud, senescalco di Provenza; come il padre, angioino, esule, diplomatico.

62. Carlo III del Maine. Cfr. *Acta* II n. 122.

d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Azone Vicecomite,
d. Petro Landriano,
d. Cicho Symonetta.

p 155 D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis. 5
d. Johanne Jacobo Symonetta

Alexandro Colletta, cancellario.

Super supplicatione Johannis Marie Vicecomitis, conquerentis de domino Alberto quod non dat sibi libras XXX quas debet, singulo anno, juxta divisiones, conclusum quod remittat ad Magistros Extraordinarios, qui intelligant supplicata et provideant opportune. 10

Eodem die, post prandium.

Congregatis eisdem, ut supra.

Fuit responsum Datiariis intratarum portarum Mediolani, petentium restaurum propter pestem que fuit in Brixiano etc., quod vadant, quia Principes nostri nolunt facere aliud, in hac re, quam id quod per Magistros fuit determinatum. 15

Fuit admonitus Vicarius Provisionis, ut faciat debitum suum circa pondus panis etc., videlicet, quod fiat, ut[a] debet etc. 20

Fuerunt vocati infrascripti Magistri Intratarum, videlicet: Johannes Franciscus Della Turre, Johannes Bottus et Carolus Trivultius, qui dixerunt esse quandam societatem Daciariorum Mediolani, qui offerunt quod, si illustrissimi Principes nostri volunt dare eis pro abbocatis datia macinę Mediolani, pro quattuor annis futuris, finitis presentibus tribus annis, pro eodem precio, quo habentur nunc, cum avantagiis, tamen, duplicatis, volunt dare, mutuo, Principibus nostris ducatos mille, sine aliquo interesse, et triamilia ducatorum, cum interesse duorum pro centenario, mense quolibet; et, post ipsam abocationem, dicta dacia incantentur per unum mensem; et si non fuerit facta melior condicio ducali Camere delibentur ipsis offerentibus, ut supra. Circa quod fuit responsum ipsis Magistris quod faciant, prout eis melius et utilius pro Camera fore videbitur. 25 30

Fuit etiam eis dictum quod dominis de Consilio Secreto faciant assignationem quam commodiorem possunt de suo salario, ita quod satisfiant eo modo et iis temporibus, quo fuerunt satisfacti, anno proxime preterito. 35

[a] *Parzialmente corretto.*

Et sic d. Antonius de Mariano, qui, postea, venit, audita hac deliberatione, dixit, nomine omnium suorum collegarum de Consilio Secreto, quod omnes de hoc contentantur. p 156

Die VIIII°[a] marcii 1479, post prandium.

5 Congregatis antescriptis Senatoribus etc.

Alexandro Colletta, cancellario.

Super litteris d. Antonii Sicchi, commissarii Cremone, responsivis super excessu commisso per Jacobum et Carolum fratres de Odonibus contra personam et Familiam Potestatis Cremonę, conclusum quod respondeatur in forma quę 10 registrata fuit et, primo, lecta et approbata per omnes Consiliarios[a].

Super supplicatione Venturini Borromei in causa, quam habet cum comite Johanne Bonromeo, ordinatum fuit quod supplicatio remittatur Consilio Secreto, ut provideant, prout eis melius visum extiterit, et non currat ipsi Venturino tempus aliquod per hos dies tres antecedentes, quibus dedit supplicationem suam.

15 1479 die X marcii, de mane.

Congregatis infrascriptis, videlicet:

magnifico domino Sfortia Secundo,
rev. d. Episcopo Comi,
d. Petro Francisco Vicecomite,
20 d. Palavicino,
d. Orpheo,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Petro de Landriano,
d. Azone Vicecomite.

25 D. Johanne Symonetta }
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.

Nicolao Gambarello, cancellario.

Super requisitione Bartholomei et Francisci, fratrum de Paganis, nepotum quondam domini Ambroxii Pagani, conclusum fuit quod scribatur Potestati 30 Mediolani, ut precipiat uxori dicti quondam domini Ambroxii et filię, quod

[a] *Su raschiatura.*

mater ipsam filiam nemini maritare presumat, nec scienter permittere, ut se maritet, et ipsa filia similiter non presumat se matrimonio coniungere cum aliquo, sine consensu predictorum Bartholomei et Francisci, juxta tenorem testamenti p 157 domini Ambrosii, et hoc sub pena ducatorum mille pro unaquaque earum, applicanda pro dimidia ducali Camerę et alia dimidia ipsis Bartholomeo et Francisco, si inobedientes fuerint. 5

Eodem die, post prandium.

Congregatis Senatoribus suprascriptis.

Super supplicatione Francisci Malette, qua postulabat de pecuniis Bulle Placentie fiat solutio librarum CV imperialium a se mutuo acceptarum et 10 impensarum, pro reparatione domus, quam habitabat Placentie, conclusum fuit quod scribatur Referendario Placentię, ut constito de impensa, faciat providere satisfactioni de huiusmodi pecuniis Bullę.

Conclusum quod non detur aliqua copia illis Tercii Ordinis relationis facte per magnificum dominum Raymundum Lupum circa diferentiam dictorum 15 Tercii Ordinis cum nobilibus Scole Caritatis, sed mittatur una copia[a] dicte relationis domino Johanni Angelo de Florentia, oratori in Roma, cum commissione quod provideat quod ipsi de Tercio Ordine non possint impetrare aliquid in Romana Curia[63].

Super supplicatione Hieronymi de Becharia, potestatis Placentię, petentis 20 reditum, quem habet contra heredes quondam Guielmi[a] Lanzavechie, conclusum quod supplicatio remittatur ad dominos Deputatos super bladis, cum commissione quod intelligant supplicata et opportune provideant.

[a] *Parzialmente corretto.*

63. Il Consiglio della Carità, la cui fondazione è stata or ora rivendicata alla generosità di Martino della Gazzada (1442) che n'ebbe l'ispirazione da S. Bernardino, assunse tal nome nel 1476.

I Terziari passarono per opera di S. Bernardino dalla tutela del Convento di S. Francesco di Porta Vercellina, a quella dell'osservanza di S. Maria degli Angeli. L'episodio si riferisce ad un particolare atteggiamento 25 sociale della vita milanese nella seconda metà del secolo: dalla bolla del 12 giugno 1477 alla inchiesta ordinata dal Pontefice nel gennaio del '78 la disputa si trascinò oltre e non si spense con la sentenza del 25 maggio del '79, 30 emanata precisamente da Raimondo Lupo dei marchesi di Soragna, autorevole membro del Consiglio Segreto.

Die XI marcii 1479, de mane.

Congregatis infrascriptis, videlicet:

rev. domino Episcopo Comensi,
d. Petro Francisco Vicecomite,
5 d. Palavicino,
d. Orpheo de Richavo,
d. Petro de Landriano,
d. Azone Vicecomite.

D. Johanne Jacobo Symonetta } secretariis.
10 d. Bartholomeo Chalco }

Alexandro Colletta, cancellario.

Super supplicatione Manasses, hebrei de Placentia, conclusum est quod fiat ei salvusconductus veniendi Placentiam et in Dominium per quattuor menses (p 158) cum diebus octo de contramando, si ex quattuor partibus creditorum, tam re-
15 spectu[a] quantitatis pecuniarum, quam numeri personarum sint contenti, cum hac condicione quod quicquid exiget a suis debitoribus convertatur in satisfactione creditorum, tam contentorum, quam non, pro rata.

Conclusum quod fiat comissio domino Christoforo de Cambiago quod provideat[a] in Consilio quod non impediant quin Potestas Mediolani possit pro-
20 cedere et ministrare jus circa incendium factum ad cassinam Cesaris de Parma et quod ipsi domini de Consilio non debeant aliter se immiscere de hac re, quia agitur coram judice ordinario.

Post prandium.

Congregatis suprascriptis.

25 Super supplicatione Johannis Ambrosii Amiconi, conquerentis quod, die dominice proxime preterito, apud Sanctum Dionisium fuit vulneratus cum pugnis, conclusum quod mittatur ad dominum Capitaneum Justicie, qui opportune provideat.

Super supplicatione Mathei de Lalacta, petentis non procedi in aliqua sua
30 causa civili, dum detinetur hic Mediolani, fuit conclusum ut scribatur Potestati Parme quod supersedeat et non procedat in aliqua causa civili contra ipsum Matheum incepta seu incipienda, donec aliud scribatur in contrarium per Prin-

[a] *Parzialmente corretto.*

cipes nostros; et, si quod preiuditium factum esset juribus ipsius Mathei, tempore quo hic Mediolani confinatus est, illud totum in pristinum restituatur.

Super supplicatione Antonii Porri, dolentis de commissione facta Tebaldo de La Patella et Andree de Opreno per Magistros Intratarum, instantia Pauli Advocati, conclusum fuit ut nominati Antonii supplicatio mittatur ad Consilium Secretum quod provideat prout sibi videbitur. 5

Item, scribatur Potestati Mediolani quod compellat ipsum Antonium et filios ac ipsum Paulum et filios ad invicem fideiubendo de non offendendo alter alterum et deponendi arma.

Conclusum super supplicatione magistri Jacobi de Parma[a], physici domini Roberti, quod sibi concedatur licentia eundi quocumque[a] voluerit habitatum in Dominiis illustrissime Ligę. 10

Super supplicatione Mafei Orrigoni, armigeri domini Sforcię Secundi, dolentis se vexari pro oneribus terre Casalis Gualoni contra privilegia concessa familie Horigoni, conclusum fuit ut ipsa privilegia observentur quotannis[a] hactenus fuerint in observantia et nunc sint. 15

p 159

Conclusum quod Raynerius de Olzate deputetur super Sanitate in loco Cassani, scontro Johannis Piorę, qui renuntiavit; et, ita, commissum Filippo Ferrufino, quod vadat ad Consilium Secretum et Deputatos super Sanitate, quod ita exequantur. 20

1479 XII[b] marcii, de mane.

Congregatis omnibus Senatoribus, ut supra.

Lecta fuit supplicatio Nicolini Marinoni contra Ambrosium Marinonum pro causa navigii Belreguardi, que est coram Magistris Extraordinariis, et conclusum quod semotis dominis Jacobo Bilia et Antonio de Marliano, causam quam primum expediant. 25

Fuit, etiam, conclusum quod Bartholomeo de Pontevico fiat gratia contemplatione domini Jacobi de Clivio, et etiam attento quod aliis, qui in simili crimine fuerunt, indultum est, vel nulla saltem punitio facta.

In facto Valani, molinarii, et sociorum, qui non servaverunt Ordines super peste, fuit conclusum quod dominus Bartholomeus Chalcus scribat Deputatis super Sanitate quod eos puniri faciant in pecunia et non in persona, habito respectu ad qualitatem erroris uniuscuiusque. 30

[a] *Parzialmente corretto.* [b] *Corretto su* XIII

1479 die XIII marcii, de mane.

Congregatis infrascriptis, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
d. Petro Francisco Vicecomite,
5 d. Palavicino,
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Petro de Landriano,
d. Azone Vicecomite,
10 d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Simonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonetta

Francisco Ritio, cancellario.

15 Fuit conclusum in facto filiorum domini Bernabovis de Herrighinis de Pontremulo, occasione exemptionis etc., quod scribatur Commissario, Co- p 160 munitati et hominibus Pontremuli, quod observent et observari faciant exemptionem, sine contradictione, revocando omnem novitatem, si qua facta est, et permittatur dictos filios gaudere beneficio dicte exemptionis, ut gaudebant vi-20 vente[a] patre etc.; et hoc propter dignos respectus et quia occurentia presentium temporum non requirunt huiusmodi novitates et controversias, sed si, alio commodiore tempore, Comunitas Potremuli de hoc voluerit reclamare, prestabitur grata audientia, sed, pro presenti, fiat ut supra, sine contradictione.

Venit magnificus Hieronymus Morellus, orator florentinus, et nomine sue 25 excelse Reipublice exposuit capitula proposita per Pontificem circa pacem, quae visa sunt inhonesta.

Item, petiit expediri Marchionem Mantue, pro eundo ad eorum favorem; item, fieri protectionem Dominorum Arimini et Pisauri[b], pro Statu presenti, una cum Venetis, et seperatim cum Florentinis pro Statu quem prefati 30 Domini in presenti bello recuperarent de terris per suos predecessores possessis, et, nunc, ab inimicis occupantur; cui fuit responsum quod habebitur super predictis matura consultatio una cum illustrissima Domina nostra, deinde, fiet determinata responsio.

[a] *Espunto* d *e corretto.* [b] *Parzialmente corretto.*

Eodem die, post prandium.

Congregatis suprascriptis, addito magnifico domino Sfortia Secundo et absente domino Petro Francisco Vicecomite, qui ivit Raude.

D. Karolus de Trivultio, ex Magistris Intratarum, admissus fuit et, nomine sociorum, ‹ dixit › sicuti est quedam societas quę vult abochare datium, additionem et ripam Merchantie Mediolani, et, item, datium Papię, Laudę, Placentie, Novarie, Burgi Sancti Donini, stateram Placentię, et pensam Papię pro annis LXXXI, LXXXII, LXXXIII et LXXXIIII, cum suis avantagiis, et vult subvenire illustrissimis Dominis nostris, in numerata pecunia, quam primum erunt deliberata huiusmodi datia de ducatis VIIIm. per annum unum, videlicet de IIm. gratis et reliquis cum interesse duorum pro centenario, singulo mense; et, exinde, petiit apparere suprascriptorum omnium Senatorum; qui responderunt quod remittent hanc rem ad ipsos Magistros, qui faciant, prout eis visum fuerit melius et utilius, pro Camera, quia quo ad eos consentiunt.

Postea magnificus dominus Cichus, presente domino Bartholomeo Chalco, dixit Carolo de Trivultio quod ipsi Magistri debeant expedire et terminare causam Johannis Francisci Filiperti et Melchionis[a] de Mediisbarbis, posteaquam littere commissionis ita continent etc.

p 161

1479 die XIIII[a] marcii, de mane.

Congregatis, ut supra, infrascriptis, videlicet:

magnifico domino Antonio Donato, oratore veneto,
magnifico Hieronymo[a] Morello, oratore florentino,
magnifico domino Cesare Valentino, oratore illustrissimi domini Ducis Ferrarię,
reverendo d. Episcopo Comensi,
d. Palavicino ex Marchionibus Palavicinis,
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Symonetta,
d. Nicodemo Tranchedino,
d. Ziliolo Oldoyno.

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco[b]
d. Johanne Jacobo Symonetta
} secretariis.

Francisco Ritio, cancellario.

[a] *Parzialmente corretto.* [b] *Segue* d *cancellato.*

Fuit disputatum super pace Italica et super petitionibus pontificiis et, examinata earum impertinentia, fuit conclusum quod omnino expediantur littere directive domino Leonardo Botte, ordinate die hesterna, quae in ipso Senatu lecte fuerunt et ab omnibus comprobate; et mandatum fuit quod, statim, expe-
5 diantur, juxta minutas, quę sunt in filcia.

Die XIIII° marcii, post prandium.

Congregatis infrascriptis, videlicet:

d. Episcopo Comensi,
d. Petro de Landriano,
10 d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta }
15 d. Bartholomeo Chalco } secretariis.

Alexandro Colletta, cancellario.

Conclusum fuit quod deputentur Michael de Cremona, Antonius de Marliano, ex Magistris Extraordinariis, et dominus Johannes Antonius de Sparvaria, quod procedant contra illos, qui non paruerunt cridis factis, continentibus quod
20 omnes, qui sunt ad servitia Ducis Barri, domini Lodovici Sfortie et domini [a] Roberti de Sancto Severino et aliorum inimicorum et rebellium Principum nostrorum, debeant rediisse, intra terminum in cridis contentum, habeantur pro rebellibus; et, item, debeant procedere contra illos, qui proficiscuntur ad servitia dictorum rebellium.

p 162

25 1479 die XV marcii, de mane.

Congregatis infrascriptis, videlicet:

magnifico domino Sforcia Secundo,
d. Episcopo Comensi,
d. Palavicino,
30 d. Petro Francisco Vicecomite,

[a] *Su raschiatura.*

d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Petro de Landriano,
d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Symonetta. 5

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Calco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonetta

Alexandro Colletta, cancellario.

Super supplicatione comitis Bartholomei de Crivellis, conquerentis de fratre 10 Michaele Pagnano, qui locavit sibi nonnulla bona et, postea, non observavit locationem, sed illa bona pervenerunt in dominum Johannem Jacobum Ritium, militem hierosolomitanum, et petit resartionem expensarum, conclusum quod penes suprascriptum dominum Johannem Jacobum[a] sequestrentur certa credita dicti fratris Michaelis, donec visum fuerit quid juris. 15

Super supplicatione nonnullorum nobilium de Leonardis, petentium quod successio in deputatione in Consilium Civitatis fiat in illos stirpis quondam domini Gulielmini etc., conclusum quod scribatur Referendario et Presidentibus Novarię quod debeant in hoc facere et elligere qui sunt digniores ex parente et sufficientiores, attenta consuetudine servata etc. 20

Super supplicatione Johannis de Beulco, petentis quod scribatur ad illustrem dominum Marchionem Montisferrati de non concedendo salvoconductu Steffano de Marliano, quod aufugit propter decoctionem et debitori dicti Johannis, cum additione quod, si concessit salvumconductum, revocetur etc., conclusum quod fiat. 25

p 163 1479 die XVI marcii, de mane.

Congregatis suprascriptis Senatoribus, addito magnifico domino Sfortia Secundo.

Francisco Ritio, cancellario.

In causa Cesaris de Parma, propter cassinas combustas, commissa Potestati 30 Mediolani, fuit conclusum quod scribatur et referatur dicto Potestati quod cognoscat si statutum quo cavetur quod Comunitates teneantur presentare, si quis fecerit incendium etc., est in viridi observantia, provideat,

[a] *Su raschiatura.*

jus faciendo quod executionem habeat; si non est in viridi observantia, per eius dispositionem nemini faciat iniuriam.

Super supplicatione Antonii de Becharia de Plurio, conquerentis de quodam Michaele, famulo Leonis Tatti, quod debeat fuisse particeps in subtrahendo
5 sibi nonnullas res et pecunias, conclusum quod scribatur Commissario Clavene, quod provideat opportune, quod res subtracte restituantur et quod non permittatur fieri sibi iniuriam, neque procedat contra dictum supplicantem, occasione verborum prolatorum contra Leonem Tattum.

Item, fiant littere patentes, ut possit detineri dictus Michael in quocumque
10 loco reperiatur, et non relaxetur, si constiterit subtraxisse suprascriptas pecunias.

Eodem die, post prandium.

Congregatis eisdem Senatoribus, ut supra.

Venit venerabilis dominus Vicarius Archiepiscopi et rettulit in causa dominorum Ordinariorum cum illis de Raude: omnes Ordinarios esse unanimes,
15 nec velle renuntiare Brevi per eos impetrato, disponenti quod, si ipsa causa non terminetur usque ad Pascha, intelligatur devoluta ad Curiam Romanam et ad dominos Auditores Rote, sed esse contentos, ut impetretur aliud Breve prorogationis ad alios quattuor menses[a].

Fuit conclusum quod, visa justificatione, quam Commissarius Parme scri-
20 bit factam esse cum diligenti examine de Thomasino de Vaylate, olim cancellario domini Roberti Severinatis, et, viso quod non reperitur in culpa, scri- p 164
batur dicto Commissario quod eum libere relaxari faciat, precipiendo ipsi quod vadat Vaylatem et ad suas possessiones in Glarea Adduę, et inde non discedat, sine illustrissimorum Principum nostrorum licentia in scriptis; et ita fiat eidem
25 Thomasino bulletinus patens tenoris suprascripti.

Die XVII[a] marcii 1479, de mane.

Congregatis Senatoribus infrascriptis, ut supra:

reverendo domino Episcopo Comensi,
d. Petro Francisco Vicecomite,
30 d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Petro de Landriano,

[a] *Parzialmente corretto.*

d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Simonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonetta   5

Francisco Ritio, cancellario.

Fuit conclusum instrumentum et conventa inter illustrissimos Principes nostros et magnificum comitem Georgium de Vertumbergh de Sanacasa, alamano; de quo contractu rogatus fuit Johannes Antonius de Ghirardis de Papia, ducalis cancellarius et notarius.   10

Item, fuit conclusum quod domino Johanni Muler, capellano et procuratori dicti domini comitis Georgii, solvantur impense facte hic, et donetur[a] pannum morellum de grana, pro uno mantello.

Item, fuit conclusum et dictum Johanni Botto et Antonio Landriano, ducali thexaurario, quod insistant apud illustrissimam Dominam nostram pro habendis 40000 ducatis pro guerris presentibus; et circa datia incantanda pro recuperandis pecuniis, ipsi, una cum Magistris Intratarum, faciant quod melius eis videbitur.   15

Die XVIII[b] marcii, de mane.

Congregatis suprascriptis, addito magnifico domino Sfortia Secundo.   20

Francisco Ritio, cancellario.

Fuerunt auditi dominus Bonifacius Aliprandus et dominus Martinus de Curte, petentes de gratia concedi quod Johannes Filippus de Aliprandis libere possit redire Mediolanum, annullatis fideiussionibus per eum datis de stando Modoetię, quibus de comuni consensu et conclusione fuit responsum quod illustrissimi Principes nostri sunt contenti eis complacere et volunt et concedunt fieri, ut petitur.   25

p 165

Ad ea quę exposuit dominus Cesar Valentinus, Ducis Ferrarię orator, circa eius progressum in Grafignana et ad Castrumnovum etc., habita consultatione cum magnifico Hieronymo Morello, oratore florentino, fuit responsum juxta tenorem litterarum ducalium scriptarum Johanni de Zuchis circa hanc materiam etc.   30

Super supplicatione Johannis Antonii de Mediolano Della Columbaria, inquisito de quibusdam furtis per officium Potestatis Laude, conclusum quod

[a] *Nel testo* donentur   [b] *Parzialmente corretto.*   35

scribatur Potestati Laude quod, casu quo dictus Johannes Antonius restituat res furatas seu valorem, sive contentet eos, quibus subtracte fuerunt, liberetur et banniatur.

Super supplicatione Augustini de Castelletto, conquerentis de Aloysio de
5 Cermenate, dicto Cerruto, et de uno Bernardino de Horrigonibus, qui sibi dixerunt[a] et quotidie dicunt verba ignominiosa et minantur etc., conclusum quod committatur Capitaneo Justicie Mediolani, qui moneat ipsos a desistendo ab huiusmodi verbis et cogat ad fideiubendum quod non offendent ipsis supplicantibus.

10 Super supplicatione Johannini de Pecorariis, dicti Strazoni, petentis sibi concedi posse facere legitimari Albertinum, eius filium illegitimum et ex illicito matrimonio procreatum, fuit conclusum quod concedatur, ut petitur.

Super his que scripsit Franciscus Mantegatius, officialis Portuum, de Officiali portus Vaprii, qui permisit transire sine bulletta famulum magistri Deffen-
15 dini de Chiociis, fugitivum cum quibusdam denariis et villuto magistri Deffendini, fuit conclusum quod rescribatur dicto Francisco Mantegacio ut, habita consultatione cum spectabilibus Doctoribus de Consilio Secreto, jus ministret contra dictum Officialem portus Vaprii.

1479 die XVIIII° marcii, de mane. p 166

20 Congregatis infrascriptis Senatoribus, videlicet:

reverendo domino Episcopo Comensi,
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino,
d. Orpheo de Richavo,
25 d. Johanne Jacobo Trivultio,
d. Petro Landriano,
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
30 d. Johanne Jacobo Symonetta

Francisco Ritio, cancellario.

Conclusum fuit quod ab hominibus Valentie habentibus starios 600 salis, cuius restant debitores pro precio primo, accipiatur pro soldis XX[ti] pro stario, pro ea summa et pro hac vice tantum.

35 [a] *Parzialmente corretto.*

Item, quod Capitaneo Lugani concedatur licentia veniendi ad indulgentiam[a].
Commissum fuit Johanni Botto et Johanni de Cusano quod debeant providere, quod Camera accipiat ab Comuni et hominibus Valentie illos sexcentum starios salis, quos habent in credito pro soldis XX pro stario; et, ita, ordinatum fuit domino Bartholomeo Chalco, quod faciat litteras opportunas etc. 5

Die XX[a] marcii 1479, post prandium.

Congregatis infrascriptis Senatoribus, videlicet:

magnifico domino Sfortia Secundo,
domino Episcopo Comensi,
d. Petro Francisco Vicecomite, 10
d. Palavicino,
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Petro de Landriano,
d. Azone Vicecomite, 15
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Simonetta

Alexandro Colletta, cancellario. 20

Super supplicatione Marsilii Confalonerii, conquerentis quod Commissa- p 167 rius Placentię debeat se impedire de hereditate fratris, conclusum quod eius supplicatio et etiam partis adverse mittantur ad Potestatem Placentię, qui super eis faciat jus.

Super querela domini Petri Pasini de Eustachio, vicarii Provisionum Me- 25 diolani, conquerentis de Aloysio Garmella, quod verba iniuriosa adversus ipsum Vicarium coram officio suo protulisse dicitur, conclusum fuit quod Potestas Mediolani jus faciat et eum puniat, servata et non servata forma juris et Statutorum in procedendo.

Vocati fuerunt Magistri Intratarum Ordinariarum, videlicet, dominus Johan- 30 nes de Melcio, dominus Johannes Franciscus de La Turre, dominus Johannes Bottus, dominus Karolus Trivultius, dominus Johannes Advogadrus, dominus Johannes de Cusano et dominus Gabriel Chalcus, qui interogati fuerunt in quo termino erat res differentie Melchionis de Mediisbarbis cum Camera; et

[a] *Parzialmente corretto.* 35

post dictum omnium, commissum fuit eis quod, si omnes non sunt concordes in apparere, debeant consulere aliquem advocatum[a] Camerę, sive probum virum caute et secrete; et, postea, discernant quid juris, ita quod Camera non sentiat preiudicium, nec alicui inferatur iniuria.

5 Die XXI marcii 1479, de mane.

Congregatis infrascriptis videlicet:

reverendo domino Episcopo Comensi,
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino,
10 d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta, secretario.

15 D. Jacobo Antiquario, cancellario.

Petrus de Leonardis comparuit in Senatu, procuratorio nomine Lafranchini de Bumpertis, citati ad comparendum cum filiis, et excusavit ipsum Lanfranchinum podagra correptum et ętatem filiorum eius; quae excusatio fuit admissa; sed iussus est idem Petrus refere ipsi Lafranchino quod nisi dominus Dionisius Bompertus, eius filius, desistat ab inquietatione contra dominum Troiulum de Olzate propter canonicatum Sancti Nazarii, procedatur contra bona eiusdem Lanfranchini, juxta dispositionem decretorum. p 168

Die XXII[a] marcii 1479.

Congregatis infrascriptis, videlicet:

25 magnifico domino Sfortia Secundo,
d. Episcopo Comensi,
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,

30 [a] *Corretto parzialmente.*

d. Petro Landriano,
d. Azone Vicecomite,
d. Ciccho Symonetta.

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis. 5
d. Johanne Jacobo Symonetta

Francisco Ritio, cancellario.

Fuit conclusum quod per litteras patentes confirmentur capitula concessa per Florentinos magnifico domino Roberto de Arimino, pro eius protectione etc.[a], et secundum eorum tenorem fieret nomine Principum nostrorum dicta 10 protectio, interserendo in dictis litteris patentibus predicta capitula, et, similiter, quod reformaretur mandatum in persona domini Phylippi Sacramori circa protectionem domini Constantii Sfortię, suscipiendam pro Statu presenti et futuro, quem de voluntate illustrissimi Foederis nostri aquirret, et hoc contra quoscunque, neminem excipiendo, etiam si suprema seculari ac etiam ecclesiastica 15 p 169 dignitate fulgeret. Et, ita, fuerunt formate minute et lecte ac comprobate in ipso Senatu, et fuit mandatum, ut, hoc vesperi, omnino, expedirentur et mitterentur.

Item, fuit conclusum quod in subsidium Florentinorum contra presentes insultus domini Roberti et filiorum, inimicorum nostrorum, mittantur cen- 20 tumquinquaginta armigeri de comitiva illustris domini Marchionis Mantuę et ducenti pedites; et, ita, fuit ordinatum quod scribatur prefato domino Marchioni, ut mittat. Fuit etiam conclusum quod mittatur Johannes Baptista de L'Anguillaria, per agrum Lunensem, adversus dictos inimicos, cum ea peditum comitiva, quam habere poterit, relictis tamen munitis locis Lunensis agri; que 25 comitiva transcendet summam sexcentum peditum. Et hec omnia fuerunt dicta magnifico domino Hieronymo Morello, oratori florentino, pro responsione auxilii, quod, heri vesperi, nomine excelse sue Reipublice petierat.

Die XXIII marcii 1479, de mane.

Congregatis antescriptis, excepto magnifico domino Sfortia Secundo. 30

Conclusum fuit quod respondeatur Commissario Clavenę, ne permittat conduci per homines Agnadine blada, nec alia victualia, donec equos et alia ablata restituant.

[a] *Nell'interlineo.*

Super supplicatione Johannis Mathei[a] Adigherii de Parma, conquerentis de violentia contra eum facta per Alexandrum Palavicinum in quibusdam suis bonis etc., jacentibus in territorio Contignaghi, fuit conclusum quod domini de Consilio Secreto intelligant et provideant, ut eis justum videbitur.

Eodem modo, fuit conclusum super supplicatione eiusdem Johannis Mathei, conquerentis de usurpatione quorundam suorum bonorum facta per Johannem Manfredum Palavicinum, in loco Coste Mezane etc.

Supplicatio hominum de Contignago pro condemnatione portationis armorum, fuit data domino Bartholomeo Chalco, ut opportune provideat.

Relatio Commissarii Parme facta super petitis ab Episcopo Parme, in facto possessionum Berselli, data fuit domino Bartholomeo Chalco, ut mittat ad Magistros Intratarum, qui rem intelligant et provideant ne Camera ducalis juribus suis fraudetur.

Eodem die, post prandium.

Congregatis antescriptis Senatoribus etcetera.

Super supplicatione Petri de Ortheo, imputati de homicidio commisso in personam Michaelis de Samolego, petentis sibi exolvi expensas postquam nihil repertum est, etiam per torturam, conclusum quod committatur domino Johanni Antonio Sparvarię delegato, quod circa hoc faciat quid juris sit.

Conclusum quod scribatur Commissario Ultra Padum, pro responsione, quod provideat per cridas quod nullus armiger, civis et incola Alexandrie non possit deferre arma in civitate.

Super supplicatione Christofori de Boninis, petentis restitui sibi bona quedam domine Johannine de Boninis, suę amitę mortuę in domo domini presbyteri Bartholomei de Cortesiis, prępositi Ecclesię Maioris Terdonę, fuit conclusum quod scribatur domino Episcopo et Commissario Terdonę, quod, intellecta veritate supplicatorum, provideant dicta bona ipsi supplicanti restitui, si per ipsum narrata veritate nituntur.

Item, fuit conclusum quod scribatur Commissario Berselli quod illam Helenam de La Porta, quę peperit infantem mortuum et in foveam proiecit, attento quod ipsum puerum non interfecit, libere relaxet e[b] carceribus et, similiter, eius matrem, quę omni culpa caret.

[a] *Corretto a margine per* Bartholomei *cancellato.* [b] *Corretto su* et

p 171

1479 [a] die XXIIII[a] marcii, de mane.

Congregatis infrascriptis, videlicet:

rev. domino Episcopo Comensi,
domino Petro Francisco Vicecomite, 5
domino Johanne Jacobo Trivultio,
d. Girardo Collo,
d. Cicho Symonetta.

Domino Johanne Symonetta
d. Bartholmeo Chalco } secretariis. 10
d. Johanne Jacobo Simonetta

Francisco Ricio, cancellario [b].

Fuit auditus Potestas Mediolani circa detentionem Aloysii Cremellę, propter verba iniuriosa prolata adversus Vicarium Provisionis Mediolani; fuit conclusum et commissum dicto Potestati quod faciat hodie apud Tribunal 15 dicti Vicarii ipse [c] Aloysius petat veniam ab ipso Vicario; et, hoc facto, ponatur in eius libertate cum fideiussione de se presentando, quotiens fuerit requisitus pro honore Curię, etc.

In causa marchionum Bonifacii et consaguineorum de [d] Malaspinis [d], fuit conclusum quod remittatur dominis de Consilio Justicię apud quos agitata res 20 est, et ipsi remittant causam Commissario Ultrapadum, si eis ita videbitur, aut ipsi expeditisssime terminent, ne partes frustentur sumptibus.

Super supplicatione domine Ermelinę, uxoris domini Gasparini Vicecomitis, petentis jus suum debere conservari in facto decimarum, conclusum quod scribatur domino Episcopo Placentię, quod, non obstantibus aliquibus in 25 contrarium, faciat et ministret jus.

1479 die XXV marcii, de mane.

Congregatis suprascriptis, ut supra.

Francisco Ricio, cancellario existente.

Magnificus dominus Antonius Donatus, orator venetus, exposuit se habuis- 30 se litteras ab excellentissimo suo Dominio, quas tunc ostendit; quibus ei co- (p 172) mittebatur quatenus significaret Principibus nostris quod illud illustrissimum

[a] *Corretto su* 7 [b] *Parzialmente corretto.* [c] *Corretto su* q [d] *Nell'interlineo.*

Dominium contentatur, postposito omni suo desiderio et commodo, annullare practicham conducendi dominum Robertum Severinatem ad stipendia sua; et, ita, annullavit et scripsit Secretario suo, per quem dicta practicha tractabatur, quod de ea non faceret amplius verbum; et hoc totum fecit libentissime illa illustrissima Dominatio, ut satisfaceret requistioni et desiderio illustrissimorum Principum nostrorum, cum[a] quibus semper intendunt unitissime vivere ad confusionem emulorum illustrissime Lige, ad quorum susurationes et zizanias reprimendas certificat illustrissimos Principes nostros quod pax conclusa cum Turcho non minus tendit ad conservationem ipsorum et Status sui, quam ad quietem propriam Venetorum, et, ut latius in minuta litterarum responsivarum domino Leonardo Botte in hac materia continetur. Item prefatus[b] magnificus dominus Antonius, presentatis litteris suę illustrissime Dominationis, in causa Dominici de Georgiis, rogavit, ut eius rationes audirentur, nec denegaretur justicia.

Cui fuerunt habite gratię, commendando optimam voluntatem sui illustrissimi Dominii, et circa rem Dominici Georgii fuit responsum quod dicetur illustrissimę Dominę nostrę.

Die XXVI marcii 1479, post prandium.

Congregatis infrascriptis Senatoribus, videlicet:

magnifico domino Sfortia Secundo,
rev. d. Episcopo Comensi,
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo Trivultio,
d. Palavicino,
d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonetta

Francisco Ritio, cancellario.

Lecta fuit supplicatio Jacobi Regnę, aurificis mediolanensis, conquerentis de comite Johanne Ruscha, cum quo habet diferentiam, causa quorundam pignorum, asserebatque sibi iniuriam fieri a Consilio Justicię ob affinitates

p 173

[a] *Parzialmente corretto.* [b] *Corretta la* a

quas habet prefatus Comes cum domino[a] Alexandro Raudensi et domino Scipione Barbavaria; ac etiam a Potestate, causa illorum; conclusumque fuit ut res committatur uni Vicariorum[b] Generalium, partium confidenti.

In causa Pauli Advocati cum illis de Porris, fuit dictum Christoforo Cambiago, ducali secretario, quod referat dominis de Consilio Secreto quod iterum moneant et audiant partes, et, re bene et mature intellecta, provideant, ut eis videbitur, ita ut neutra pars juste conqueri possit.

In causa domine Margaritte Malette cum domina Blancha de Scipiono, ordinatum fuit quod committatur domino Lucę Grimaldo et Alexandro de Raudę, qui intelligant et examinent Marchum de Gallarate et Augustinum de Salerno, super attestatione per eos facta coram dominis de Consilio castelli de pecuniis exbursatis nomine quondam domini Johannis de Scipiono, nunc quondam domino Petromarię Malettę, seu alii, eius nomine, pro dotę dominę Blancae de Scipiono; et cognoscant prefati dominus Lucas et Alexander, an talis testificatio, tam valida et efficax sit, quod scribi rectę potuerit, prout scriptum est domino Potestati Mediolani constare de solutione ducatorum milleseptingentorumoctuagintaquinque, facta per suprascriptum dominum Johannem de Scipiono predicto domino Petromarię, occasione dotis suprascripte domine Blancę; et, exinde, referant quid eis faciendum videbitur.

1479 die XXVII[a] marcii, de mane.

Congregatis Senatoribus antescriptis, excepto magnifico domino Sfortia Secundo.

Francisco Ritio, cancellario.

Fuit conclusum et ordinatum quod in re pecuniaria pro bello et conservatione Status habeant curam dominus Bartholomeus Chalcus, Johannes Bottus, Carolus Trivultius et unus alius ex Magistris, cum quibus sit, etiam, dominus Antonius Landrianus, generalis thexaurarius; et hoc fiat, ne res sit in multis vulgata.

p 174 Scriptum etiam fuit Magistris Ordinariis in hunc modum videlicet: « Domini Magistri Ordinarii[c], remittimus ad vos supplicationem venerabilis domini Abbatis Sancti Celsi Mediolani et consortum, porrectam illustrissimis Principibus nostris, ut, ea intellecta, provideatis, ne ad huiusmodi[d] cavamentum procedatur, donec de juribus partium cognoveritis, movendo partes, ut ad vos accedant cum juribus suis; quibus auditis, justiciam ministrabitis ».

[a] *Corretto su* om [b] *Nel testo* viacariorum [c] *Nel testo* Extraordinarii [d] *Parzialmente corr.*

Super peticionibus domini Gasparis de Zambinis et socii, oratorum parmensium, fuit conclusum et responsum, ut infra videlicet:

Primo, quod de officio munitionum et logiandi stipendiatos in civitate Parme servetur solitum et consuetum, advertendo, ne preiudicetur[a] juribus, quae illi de Arcimboldis haberent in dicto officio allogiandi stipendiatos.

Circa subditos Feudatariorum Episcopatus Parmensis servetur id quod servatur et solitum est servari cum eis Feudatariis et eorum subditis.

Circa rationes et computa Desiderii Grossi, conclusum quod scribatur Referendario, ut, una cum Rationatoribus et Antianis ad id deputandis, revideant dictam rationem in termino unius mensis; et, si in dicto calculo, non invenietur error, quem ipse Desiderius, seu agentes pro eo asserunt esse, impensa facienda pro dicta revisione solvatur per dictum Desiderium; si, autem, invenietur error, predicta Comunitas solvat dictam impensam.

Circa sententiam datam per Gubernatorem et Referendarium Parmę in favorem dictę Comunitatis, scribatur predicto Gubernatori et Referendario, ut, si dicta sententia executionem meretur, sine litigio exequantur, et executioni mandari faciant.

Quedam capitula concessa Parmensibus

Circa quattuor cives eligendos per Antianos dicte civitatis ad componendum pro medietate et pro tercia parte condemnationes preteritas, spectantes ipsi Comunitati, factas per quencumque Officialem an officium presentis Potestatis, concedatur, et fiat ut petitur et interveniat Referendarius cum dictis quattuor deputandis per dictos Antianos et eisdem adiunctos, et pecunię non discipentur.

Circa constringendum Johannem Aldigheium, canepariuni salis, ad solutionem fictus domus, ubi exercet doanam salis, remittatur dominis Magistris, qui intelligant et provideant.

p 175

Circa particularem Thesaurarium eligendum per dictam Comunitatem ad res sibi spectantes, domini Magistri intelligant et provideant, prout eis videbitur.

Circa precepta facienda Feudatariis, ut provideant cum effectu quod subditi sui condemnati per Officiales Parmę satisfaciant dictas condemnationes, aliter concedantur represalie contra habitantes in dictorum Feudatariorum jurdicione, domini Magistri intelligant, et provideant opportune.

Super supplicatione Rafayni Bardelli, qui interfecit Johannem Angelum, socium, in singulari certamine viriliter et sine fraude, ut inter stipendiatos moris est, secundum quod ipse in eius supplicatione asserit, fuit conclusum quod scribatur Gubernatori Parmę, quod si in supplicatione narata vera sunt, annullari et cassari faciat omnem bannum, processum et condemnationem factam et quae fieri posse huiusmodi occasione dictum Raphainum, ita ut impune possit in

[a] *Segue* juribus *espunto.*

patriam et ad servitia nostra redire; si, autem, aliter rem habere compererit, adviset Principes nostros et expectet responsum.

In facto goblarum, fuit conclusum et commissum Johanni Petri Panigarole quod dicat dominis de Consilio Secreto, quod cassent et anullent goblam concessam ad requisitionem domini Antonii Cincinelli, et reliquos exercentes 5 goblas sindicari faciant bis in anno, renovando eos singulo anno.

Eodem die, post prandium.

Congregatis suprascriptis, presente etiam domino Sfortia Secundo.

Alexandro[a] Colletta, cancellario.

Admissi fuerunt Deputati super provisione bladorum per ordines et limi- 10 tationes factas pro Officio bladorum, etc., quibus iniunctum fuit ut licentient Antonium de Comite ex[a] posta[a] Sexti.

p 176 Fuit conclusum quod Israel[b] et Justa[c], hebrei[c], detenti propter duos grossonos a XX soldis, comesos cum aqua forti, liberentur et relaxentur libere et impune, intuitu Montechii, capitanei custodię castelli Portę Jovis Mediolani. 15

Antonius de Compiano, cancellarius domini Johannis Lodovici ex Marchionibus Palavicinis, nomine ipsius, comparuit et exhibuit quaternetum, in quo sunt descripte partitiones bonorum conmunium et aliquorum particularium inter ipsos dominum Johannem Lodovicum et dominum Palavicinum fratres; et dixit quod non ostenderent domino Palavicino nisi prius promitteret velle accep- 20 tare alteram ex dictis partibus, data sibi ellectione; et, si hoc recusaret, ipse protestatur dictas partes haberi pro infectis.

Die XXVIII marcii, post prandium.

Congregatis infrascriptis Senatoribus, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi, 25
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Orpheo,
d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta } secretariis. 30
d. Bartholomeo Chalco }

Alexandro Colleta, cancellario.

[a] *Parzialmente corretto.* [b] r *nell'interlineo.* [c] *Su raschiatura.*

Admisso Zacharia de Pisis, dictum fuit quod posteaquam illustris dominus Marchio Mantue non vult mittere aliquam partem comitive et societatis sue de presenti in favorem Florentinorum, propterea quod non habet eam in ordine, nec vult smembrare ipsam, nunc illustrissimi Domini nostri facient dare alios XVm. ducatorum super prestantia, iniungendo et precipiendo sibi quod eorum Excellentie intelligunt et volunt quod ad sanctum Georgium proximum debeat omnino aviare se cum tota comitiva, advisando illum quod, de quattuor vel quinque diebus antequam aviet se, dabunt sibi illustrissimi Domini nostri illa[a] quinquemilia ducatorum, que restabunt. Et, ita, ipse dominus Zacharias dixit quod acceptabit dictos ducatos XVm. ducalium et mittet et scribet prefato domino Marchioni in suprascripta substantia.

Super supplicatione Augustini de Castelleto, cumquerentis de Aloysio de Cermenate et Bernardini de Horrigonibus, qui non cessant dicere contra ipsum verba contumeliosa et minari, conclusum fuit quod mittatur supplicatio ad Capitaneum Justicię, qui, habitis coram se dictis Aloysio et Bernardino, non permittat eos discedere, donec dent idoneam et sufficientem fideiussionem de non amplius dicendo verba contumeliosa et de non offendendo.

1479 die XXVIIII[a] marcii, post prandium.

Congregatis infrascriptis Senatoribus, videlicet:

magnifico domino Sfortia Secundo,
reverendo d. Episcopo Comensi,
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino,
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Simonetta.

D. Johanne Simonetta
d. Bartholomeo Chalco
d. Johanne Jacobo Symonetta
secretariis.

Francisco Ritio, cancellario.

Fuit mandatum Facino Tantio, qui venerat ad se excusandum quod nihil sciverat de suis qui prohibuerunt in loco Sancti Juliani Frascheę Alexandrię quod Familia Potestatis Alexandrie non posset capere quendam eius colonum,

[a] *Parzialmente corretto.*

quod omnino faciat eum consignari in manibus dicti Potestatis infra quattuor aut sex dies; qui Facinus respondit quod libenter parebit mandatis.

Vocatis et admissis Johanne Botto, Karolo de Trivultio, et Johanne Advocato et, item, Deputatis super provisione bladorum, dictum fuit de quadam reductione[a] facienda super taxis[b] bladorum; et, ita facta fuit quedam reductio; 5
p 178 et commissum fuit domino Bartholomeo Chalco quod illam mittat Magistris Intratarum et Deputatis exequendam; quę quidem reductio ascendit ad summam usque florenorum XL in mense de ordinario.

1479 die 30 marcii, de mane.

Congregatis infrascriptis Senatoribus, videlicet: 10

magnifico d. Sfortia Secundo,
rev. d. Episcopo Comi,
d. Palavicino,
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Johanne Jacobo de Trivultio, 15
d. Orpheo de Richavo,
d. Petro Landriano,
d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Simonetta 20
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Simonetta

Francisco Ritio, cancellario.

Conclusum fuit super supplicatione Johannis de Levate, massarii domini Galasii de Landriano, quod supplicatio remittatur ad Consilium Secretum, 25 cum rescripto, ut opportune et convenienter provideat.

Fuit, etiam, conclusum quod quaternetus divisionis, porrectus per Antonium de Compiano, nomine magnifici militis domini Johannis Lodovici, continens partes faciendas inter ipsum dominum Johannem Lodovicum et dominum Palavicinum, fratres, legatur ipsi domino Palavicino, ut bene intelligat formam serva- 30 tam in ipsa divisione, ad hoc, ut non errare possit quam partem accipere debeat.

Fuit, etiam, conclusum quod magnifico domino Sfortie Secundo concedatur licentia per litteras mittendi suum Nuncium Venetias ad praticandum conducere ipsum dominum Sfortiam Secundum ad stipendia illustrissimi Dominii Venetorum. 35

[a] *Parzialmente corretto.* [b] *Corretto su* faxis

Eodem die, post prandium.

Congregatis suprascriptis Senatoribus, etc. ut supra.

Alexandro Colletta, cancellario.

Super supplicatione nonnullorum civium et nobilium Placentię, conque-
5 rentium quod homines Florenzole fecerint compartitum de illis, qui debent contribuere reparationi terre Florentiolę et taxaverint nobiles, et, ideo, alle- p 179
gant non bene convenire quod nobiles sint suppositi concivibus, conclusum quod scribatur Commissario Placentię qui habeat duos concives Florentiole et duos nobiles; et, deinde, taxet nobilibus, quod justum et ęquum fuerit.
10 Conclusum quod respondeatur Referendario Placentię quod ordinetur quod equitantes et transeuntes super ponte Padi, qui debent solvere, solvant etiam additionem, et qui non debent solvere, non solvant etiam additionem.
Preceptum fuit Johanni Manfredo Palavicino per medium Filippi Ferrufini quod scribat quod relaxetur negociorum gestor magnifici domini Johannis
15 Francisci, dando hic Mediolani fideiussionem de presentando se coram dominis de Consilio Secreto et de stando juri et judicato solvendo.

Die ultimo marcii, de mane.

Congregatis infrascriptis Senatoribus, videlicet:

magnifico domino Sfortia Secundo,
20 reverendo d. Episcopo Comi,
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino,
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
25 d. Petro Landriano,
d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
30 d. Johanne Jacobo Symonetta

Alexandro Colletta, cancellario.

Conclusum quod detur licentia Aloysio de Sancto Severino quod possit se conferre ad stipendium cuiuscumque, tam in Liga quam extra Ligam, ex-

cepto domino Roberto de Sancto Severino, Duce Bari et domino Lodovico Sfortia, cum quibus nullum commertium habere debeat, nec quovismodo directe, nec per indirectum, per medium illorum, querat adaptare res suas.

p 180 Conclusum, habitis litteris domini Manfredi Tornielli, petentis gratiam posse redire Novariam [a], quod concedatur sibi licentia posse [a] redire, faciendo sibi admonitionem quod in futurum vivat bene et honeste, quia, si intelligetur secus per ipsum fieri, mittetur in locum non ita commodum sicuti Biriona [a] et Barengus.

Admisso domino Sigismodo Brandolino [64], qui dixit [b] de eius necessitate, conclusum quod deputetur sibi provisio mensualis XV ducatorum, incipiendo in calendis [c] mensis aprilis proxime futuri.

Eodem die, post prandium.

Congregatis suprascriptis, ut supra.

Fuit ordinatum et conclusum quod Christoforus Bullatus habeat, a calendis proximi mensis aprilis [a] in antea, salarium et provisionem sicuti habent alii Secretarii de Consilio Secreto; et ita ei respondeatur, cum hoc: quod ipse Christoforus annullet omnia [c] credita, que [c] pretendit habere cum ducali Camera, occasione provisionum andatarum et munerum.

Augumentum salarii Christofori Bullati

Item, fuit ordinatum et conclusum quod illustri domino Marchioni Mantuę, ituro in subsidium Florentinorum, pro insigni gubernationis generalis sibi date de Gentibus ducalibus, donetur standardum a divisia sfortiana: ita quod in campis rubeis sit columbina cum radiis suis [65].

Fuit conclusum quod concedatur illustri domino Costantio Sfortię posse conducere Pisaurum quosdam armarolos, pro aptandis armis suis, cum hoc, quod, cum non indigebit amplius opera ipsorum, remittat illos huc Mediolanum; et fuit concessum et dictum Francischino de Caravagio, agenti pro dicto domino Constantio.

Item, fuit conclusum de voluntate illustrissime Dominę nostrę, quod illustri et reverendissimo domino Ascanio, seu agentibus pro eo, respondeatur circa assignationem provisionis suę, quod, propter bella presentia et maximas expensas, quę de presenti fiunt, velit prestare patientiam de dicta assignatione; nam, compositis istis rebus, illustrissimi Principes nostri providebunt; ita quod habebit contentari et sit bono animo.

[a] *Parzialmente corretto.* [b] *Segue* dixit *cancellato.* [c] *Su raschiatura.*

64. Figlio di Tiberto Brandolino, condottiere come il padre, sia pure non tanto famoso.

65. La colombina faceva parte dell'emblematica viscontea, dalla quale passò in quella sforzesca. Cfr. M. CREMOSANO *Galleria d'imprese arme e d'insegne*, etc., in ASMi: *Biblioteca*, MSS. sn.

1479 die primo aprilis, post prandium. p 181

Congregatis infrascriptis Senatoribus:

domino Palavicino,
d. Orpheo,
5 d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta } secretariis.
d. Bartholomeo Chalco }

Alexandro Colletta, cancellario.

10 Conclusum fuit quod concedantur littere contra debitores reverendissimo domino Ascanio Marię Sfortię, cum clausula ad quos spectet vel presentes devenerint et cum concessione personalis detentionis.

Item, fuit conclusum quod marchioni Jacobo de Massa [66] dentur octo archibus.

15 Magnificus dominus Antonius Donatus, orator venetus, conquestus est quod per Commissarium et Potestatem Papię nec etiam per Referendarium illius civitatis non fuit administrata justicia contra Franciscum Novellini et socios, pro illo furto commisso Venetiis et receptato in navi ipsius Francisci; super qua querela fuit conclusum quod mittatur dominus Giliolus Oldoynus
20 cum ampla potestate pro cognitione et punitione talis delicti.

1479 die IIª aprilis, de mane.

Congregatis infrascriptis, videlicet:

magnifico domino Sfortia Secundo,
reverendo domino Episcopo Comensi,
25 d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino,
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo Trivultio,
d. Petro Landriano,

30 66. Giacomo Malaspina. Cfr. *Acta* I 56.

d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne[a] Simonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Simonetta 5

Francisco Ritio, cancellario.

p 182 Super querela facta per illos de Tercio Ordine sancti Francisci super controversia, quam habent cum illis de Caritate, fuit conclusum, ut res mittatur ad magnificos dominos de Consilio Secreto, quod provideant, sicut honestum censebunt, ita quod neutra partium merito conqueri possit. 10

Super supplicatione comitum Bartholomei et Johannis Francisci de Anghussolis circa tutelam comitis Johannis Anghusole, pupilli, male administratam per dominam Svevam, eius matrem, fuit conclusum quod non molestent aliter dictam dominam Svevam de administratis; sed quod littere patentes ei concesse per ducem Galecium de dicta tutela revocentur et ipsi comites Johannes 15 Franciscus et Bartholomeus, fratres, administrent dictam tutelam.

Eodem die, post prandium.

Congregatis suprascriptis, exceptis tamen magnifico domino Sfortia Secundo et domino Johanne Simonetta, qui erant abscentes.

Magnificus d. Palavicinus produxit quandam suam protestationem in scrip- 20 tis et justificationem contra partitiones ordinatas per dominum Johannem Lodovicum Palavicinum, eius fratrem; et protestatus est et iuravit, ut in illis continetur; rogato me Francisco Ritio et vocatis in testibus prefatis dominis Consiliariis et Secretariis et domino Antonio Simonetta et Phylippo Ferrufino, ducali canzellario, petivit per me traddi sibi auctenticum instrumentum dictarum 25 protestationum et justificationis, nec dari aliquam copiam de ea domino Johanni Lodovico, eius fratri, prout ipse noluit dari sibi domino Palavicino copiam divisionum per se ordinatam.

Super litteris domini comitis Johannis Bolognini, scribentis de illis quinque scholaribus Francigenis, qui, lapidibus et borellis vulnerarunt et percus- 30 serunt ad mortem Pilatum, ducalem provisionatum, et creduntur similiter interfecisse quendam senem, fuit conclusum quod scribatur Commissario Papię, p 183 quod, habita de hac re informatione, procedat contra delinquentes et justiciam ministret, implorando, si opus fuerit, brachium Provisionatorum ipsius comitis Johannis Bolognini, castellani arcis Papię. 35

[a] *Parzialmente corretto.*

Fuit conclusum ut scribatur illustrissime domině Ducissę Ferrarię et Commissario ac Referendario Cremonę, ut prohibeant arma asportari ad hostes Ligae, prout in litteris continetur et prout Veneti recordaverunt.

Die III aprilis, post prandium.

Congregatis infrascriptis, videlicet:

reverendo domino Episcopo Comensi,
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino,
d. Orpheo de Richavo,
d. Petro de Landriano,
d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Simonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonetta

Alexandro Colletta, cancellario.

Conclusum quod concedatur et prorogetur terminus Johanni, filio Francisci de Comitibus, qui stat cum illustri domino Lodovico Sfortia octo dierum ultra Pasca.

Die IIII° aprilis, post prandium.

Alexander Colletta missus fuit ad illustrissimam dominam Ducissam nostram; qui post lectionem nonnullarum litterarum domini Johannis Angeli de Florentia ex Roma, rettulit Excellentie suę, nomine omnium Consiliariorum, de petitione domini Antonii Trotti, qui contentatur conducere se ad servitia prefate illustrissime Domine nostrę, habendo columnellum, sed petit fieri de Consilio Secreto; et, ita, Excellentia sua fuit contenta.

Item, dixit de negocio domini Sigismundi[a] Brandolini[a], qui non potest vivere propter inopiam[a], et ne seducatur ab inimicis et nostris, isti domini de Consilio[a] laudarent quod daretur sibi mensualis provisio ducatorum XV ad beneplacitum; sua Excellentia fuit contenta.

[a] *Parzialmente corretto.*

p 184 1479 die quinta aprilis, de mane.

Congregatis infrascriptis Senatoribus, videlicet:

reverendo domino Episcopo Comensi,
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino, 5
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Petro Landriano,
d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Symonetta. 10

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Simonetta

Francisco Ritio, cancellario.

Fuit vocatus dominus Johannes Franciscus miles de Scipiono et fuit repren- 15
sus de quibusdam erroribus commissis per eum in terra Burgi Sancti Donini;
et auditis eius excusationibus, tandem, pro evitandis scandalis, fuit ei mandatum,
ne vadat, aliquo pacto, ad dictam terram Burgi Sancti Donini, post hac, quoad
habeat a Principibus nostris licentiam in scriptis; et quod, interim, stet in[a] loco[a]
Scipioni et in aliis terris suis. 20

Admissus fuit comes Antonius de Balbiano, qui conquestus est quod alia
vice extimata fuerit eius domus existens in Clavena et minoris precii, quam
prima vice et ipso ac suis insciis; et, ideo, conclusum fuit quod denuo ma-
gister Benedictus de Florentia, qui est Belinzone, vadat ad extimandam supra-
scriptam domum denuo; cui extimationi interveniat unus pro ipsis[b] de Bal- 25
biano, et dicto magistro Benedicto mittatur copia extimationis per eum factę.

Fuit dictum Vicario Capitanei Justicię Mediolani et Laurentio Ciserano,
presentibus Johanne de Longono et Herrigo domini Petri de Pusterla, quod
circa illum Petronum de Longono detentum faciat id quod juris est, et non
aliud, examinando etiam ipsum de rebus pertinentibus ad Statum; sed de ver- 30
bis quibus usus est contra d. Cichum non se impediat, quia sua Magnificentia
illa remittit.

Super diferentia vertente inter Prepositum[b] Sancti Spiritus ex una et filios
p 185 et heredes domini Thomę de Bononia ex altera parte, occasione fictalicie pos-
sessionis de Terzago et dependentium ab ea, de quibus omnibus de comuni 35

[a] *Su raschiatura.* [b] *Parzialmente corretto.*

concordia dicte partes remissionem et compromissum fecerunt in dominum Bartholomeum Pegium et dominum Josafath de Corbetta, fuit conclusum quod scribatur ipsis compromissariis quod dictam[a] differentiam seu differentias eis compromissas difiniant[a] et[a] terminent[b] per totum presentem mensem aprilis.

5 Fuit conclusum quod, per Andream de Busti, Capellano comitis Georgii de Sana Casa, circa illam additionem, quam vellet facere capitulis, superioribus diebus celebratis, respondeatur in hunc modum videlicet:

«Ho facto intendere a questi mei illustrissimi Signori le parole ch'el vostro magnifico conte Jorio voria agiongere in la ratificatione de capitoli stipulati 10 con sue Excellentie; me hanno resposto maravigliarsi de questa nova richiesta, como non necessaria, perchè essendo in dicti capitoli facta la reservatione dello Imperatore, Duca de Haustria et tutti Alamani et ultramontani, alli quali dicto conte Giorio non è obbligato et non deve offendere, non pare sii necessario mettergli mo' altra dificultà in dicti capituli; et però confortano prefato conte 15 Giorio ad volerli ratificare cusì como sonno stipulati, et venire con le loro Excellentie bona fide et liberamente como elle vengono con la sua Magnificentia, perchè se ne trovarà sempre bene contento».

1479 die VI aprilis, post prandium.

Congregatis infrascriptis Senatoribus, videlicet:

20 reverendo domino Episcopo Comensi,
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo Trivultio,
d. Azone Vicecomite,
25 d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Simonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.

Francisco Ritio, canzellario.

Venit Johannes Andreas Cremonensis, custos guardarobbę illustrissimę Do- p 186
30 minę nostrę, et, nomine sue Sublimitatis, presentavit supplicationem domini Johannis Lodovici Palavicini et dixit quod isti Consiliarii procurent accordare insimul prefatum dominum Johannem Lodovicum et dominum Palavicinum,

[a] *Parzialmente corretto.* [b] e *espunto in* eterminent

fratres, de eorum diferentiis; et, si accordare non poterint, eos remittant ad Consilium Secretum in Curia Arenghi, ut ab eis fiat quod justum et conveniens videbitur.

Quo audito, suprascripti domini Consiliarii legi fecerunt supplicationem domini Palavicini prius porrecta; deinde, lecta fuit dicta supplicatio domini Johannis Lodovici; et fuit habita aliqua disputatio super eis. 5

Dominus Johannes de Viterbio, vicarius Archiepiscopalis Mediolani, conquestus est quod Bartholomeus, Jacobus et Daniel, fratres de Cittadinis, minati sunt facere in eius personam laesionem; quo audito, fuit conclusum quod scribatur Capitaneo Justicię Mediolani, ut predictos fratres habeat coram se et 10 faciat dare fideiussionem mille ducatorum de non offendendo, neque per se, neque per alium, dicto Vicario, et eis faciat optimam admonitionem, juxta tenorem dictarum litterarum super hac re per Nicolaum Gambarellum, ducalem canzellarium, factarum.

Fuit ordinatum quod Johannes de Verrona precipiat et faciat cum effectu 15 quod ille balistarius qui habet equum illustrissimi Principis nostri, ut afirmat Spagnolus, restituat dictum equum ipsi Spagnolo, pro illustrissimo Principe nostro; et si Johannes Petrus Del Bergamino non restituet dicto balisterio equum suum cum quo commuttaverat dictum equum, dominus Bartholomeus Chalcus de provisione dicti Johannis Petri satisfaciat ipsi balisterio pro dicto 20 equo.

Super facto regaciorum, quibus, diebus superioribus, fuerunt ordinate taxe duorum equorum pro quolibet et provisio quinque florenorum, singulo mense, etc., fuit conclusum et ordinatum quod, hoc vesperi post cenam, licentientur a mensa et boiono illustrissimi Principis nostri, ut vadant ad suas 25 taxas; quod, si recusaverint et vellent licentiam eundi ad soldum, concedatur eis licentia.

p 187 Johannes de Cremona, cancellarius domini Phylippi Vicecomitis, nomine dicti sui patroni, petiit licentiam eundi ad Sanctum Secundum in Hast pro voto exolvendo; quę licentia fuit ei libere de comuni consensu concessa. 30

In facto domini Johannis Lodovici et domini Palavicini, fratrum, marchionum Palavicinorum, et cetera, pro diferentia rochę Busseti et aliarum rerum suarum, lectis supplicationibus partium et audita dispositione illustrissime Domine nostre, superius exposita, fuit conclusum quod Franciscus Ritius, ducalis cancellarius, admoneat utrunque dictorum fratrum ad concordiam et mandet, 35 nomine illustrissimorum Principum nostrorum, significando quod, si non facient, providebitur alio modo qui non placebit; et ita quod ostendat domino Johanni Lodovico responsiones domini Palavicini et supplicationem noviter exhibitam, non dimittendo ei aliquam copiam predictorum.

Conclusum quod detur licentia Sertorio Beliardo eundi Parmam per XV 40 dies, itu, mora et reditu computatis, et redeat infra dictum terminum, sub pena ducatorum mille auri.

1479 die VII[a] [a] aprilis, post prandium.

Congregatis Senatoribus infrascriptis, videlicet:

reverendo domino Episcopo Comensi,
d. Petro Francisco Vicecomite,
5 d. Palavicino,
d. Orpheo de Richavo,
d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta } secretariis.
10 d. Bartholomeo Chalco }

Francisco Ritio, cancellario.

Fuit concessa licentia domino Carolo de Flisco eundi et standi ad possessionem de Marchesiis, quam tenet ad fictum, cum expresso precepto quod, pro quanto caripendit gratiam Principum nostrorum, versus Bussetum non transgrediatur fines et terminos dicte possessionis; et quod non vadat Bussetum aliquo pacto, nec ad eam terram appropinquet ultra fines dicte possessionis. Et hoc significetur Potestati Busseti etc.

1479 die vero XII[a] aprilis, de mane. p 188

Advenerunt, postea, dominus Petrus Landrianus et dominus Johannes Jacobus Symonetta, ducalis secretarius.

Et lecta fuit scripta tenoris infrascripti videlicet:

«Trovarello, squadrero del conte Petro dal Verme, ha dicto a Christoforo de Castel San Zohanne, famiglio ducale de arme, che prima che passe el mese de magio proximo futuro el signore Roberto, Duca di Bari, et messer Lodovico Sforza seranno in Lombardia ad campegiare le terre de questo Stato, como inimici delli nostri illustrissimi Signori; et, per questo, ha facto andare de guadia uno paro de calze de scharlato, l'uno contra l'altro, videlicet: Trovarello dicendo che serà como è dicto di sopra, et Christoforo che non serà vero». Quo scripto, lecto presente ipso Trovarello, fuit reprensus et correctus dictus Trovarellus acriter de huiusmodi verbis. Deinde, fuit licentiatus cum admonitione ne amplius dicat similia, sed faveat rebus Status Principum nostrorum, de quibus habet panem et victum.

[a] *Parzialmente corretto.*

Fuerunt lecte domino Zacharie de Pisis, oratori illustris domini Marchionis Mantuę, littere Principum nostrorum directive ad prefatum dominum Marchionem, quibus sollicitatur eius expeditio in Thusciam, in subsidium Florentinorum; et fuit admonitus dictus dominus Zacharias, ut etiam ipse similiter scriberet; fuerunt, etiam, ei partecipate advisationes habite ex Roma de suspensione censurarum et offensionum etc. 5

1479 die XIII aprilis, de mane.

Congregatis Senatoribus infrascriptis, ut supra, videliçet:

reverendo domino Episcopo Comensi,
d. Orpheo de Richavo, 10
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Petro de Landriano,
d. Azone Vizecomite,
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta 15
d. Bartholomeo Chalco
d. Johanne Jacobo Symonetta
} secretariis.

Francisco Ritio, cancellario.

p 189 Fuit conclusum quod circa exemptionem[a] illorum de Posclavio non innovetur aliquid. 20

Item, fuit conclusum quod dentur domino Antonio Trotto, noviter conducto[b] ad stipendia Principum nostrorum, ducati ducenti super sua provisione et expediantur ei littere Consiliariatus Secreti cum provisione, quam habet dominus Jacobus Bonarellus, incipiendo a calendis maiis proxime; item, expediantur littere Gubernationis et Commissariatus Parmę cum salario et provisione habita per dominum Jacobum Bonarellum a Comunitate Parmę et cum ceteris emolumentis, incipiendo a calendis predictis maii. 25

Eodem die, post prandium.

Congregatis suprascriptis, addito domino Palavicino, ducali consiliario.

Alexandro Colletta, cancellario. 30

Lecta fuit relatio dominorum Johannis Angeli de Birago, Antonii Cacaranę, Johannis Jacobi de Dugnano et Jacobi de Clivio in facto Caneparię salis Papię,

[a] *Nel testo* exemptionum [b] *Parzialmente corretto.*

continens quod de jure Camera tenetur versus Johannem Franciscum Florpertum et quod Melchion[a] de Mediisbarbis tenetur versus Cameram, cui relationi acquieverunt domini suprascripti Consiliarii; quę relatio est penes dominum Cichum.

5 Die vero sequenti, videlicet XIIII suprascripti, dominus Palavicinus venit in suprascriptam opinionem[b].

Lectaque, eodem die, suprascripta relatione domino Petro de Landriano, ipse respondit suum apparere esse quod, ad auferendum omne onus omnibus collegis suis et sibi, committeretur Magistris, quod consulerent rem hanc cum aliquo vel 10 aliquibus probis doctoribus, aut committeretur alicui partium confidenti.

Et congregatis, ipso mane, Consiliariis infrascriptis, videlicet:

reverendo domino Episcopo Comensi,
d. Palavicino,
d. Orpheo de Richavo,
15 d. Johanne Jacobo Trivultio,
d. Petro de Landriano,
d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Simonetta.

D. Johanne Simonetta
20 d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonetta

Alexandro Colletta, cancellario.

Conclusio facta pro dicto domino Johanne Antonio Cotta qui equitaturus est pro Commissario in Exercitu in Tuscia videlicet: p 190

25 Primo, segli habia ad dare la sua provisione de quattro mesi.

Item, segli daghi ducati 80 el mese, con li quali habia ad cavalcare con cavalli XII, tra cavalli et muli ad minus, et stagi honorevole; et fin da mo' segli daghi dinari per tri mesi con certificare esso messer Joanne Antonio che tanto ch'el starà in campo la provisione sua ordinaria cessarà.

30 Item, segli donino centocinquanta ducati ad ciò se possi mettere in ordine.

Fuit responsum Francisco, nuncio Hieronymi Spinolę, ad ea quę, nomine ipsius Hyeronymi exposuerat, quod dicat et referat Hieronymo quod res suas custodiat et studeat eas conservare quacumque via honesta poterit; nec faciat aut operetur aliquid quo Dux Janue provocetur ad nocendum aut faciendum 35 contra ipsum Hieronymum; certificando eum quod prefatus Dux scripsit ad

[a] *Corretto su* Melchionem [b] *Nell'interlineo.*

Principes nostros se non offensurum res Hieronymi predicti, et Principes nostri non credunt quod prefatus Dux eos deciperet.

Circa provisionem [a] ipsius Hieronymi, fuit responsum quod se intelligat cum Thexaurario [b] et quando satisfiet de ea ceteris Consiliariis eius collegis, satisfiet etiam ipsi Hieronymo. 5

Fuit etiam ordinatum quod advisetur et moneatur litteris ducalibus prefatus Dux Januę velit bene tractare onmes; nec provocare aut irritare animos aliquorum contra se et diligenter custodiat personam et Statum suum.

Eodem die, post prandium.

Congregatis suprascriptis, presentibus etiam magnificis Oratoribus veneto et florentino. 10

Fuit conclusum quod scribatur in Franciam de rebus actis Rome circa suspensionem censurarum et offensionum etc.

Fuit etiam mandatum Antonio de Landriano, ducali generali thexaurario, quod hoc vesperi solvat domino Zacharie de Pisis, oratori illustris domini Marchionis Mantuae, ducatos quinquemillia pro residuo prestantię a bello ipsius domini Marchionis; et hoc fuit significatum ipsi domino Zacharię, ibi presenti, qui respondit quod cras mittet predictos quinquemillia ducatos prefato domino Marchioni et sollicitabit ipsum ad proficiscendum in Tusciam, sine aliqua mora, ut desyderant illustrissimi Principes nostri et Florentini studiosissime petunt. 15 p 191 20

1479 die XV aprilis, de mane.

Congregatis infrascriptis Senatoribus, videlicet:

reverendo domino Episcopo Comensi,
d. Orpheo de Richavo, 25
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Petro Landriano,
d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta [c] } secretariis. 30
d. Bartholomeo Chalco }
d. Johanne Jacobo Simonetta }

Francisco Ritio, cancellario.

[a] *Su raschiatura.* [b] *Parzialmente corretto.* [c] *Nell'interlineo.*

Fuit habitus magnificus Hieronymus Morellus, orator florentinus, et ei fuit responsum de subsidio mittendo, quod illustris d. Marchio Mantue discedet statim post festum sancti Georgii proximum; et cum erit prope Pisas aut in Lucensi, si deliberabitur quod a tergo claudat hostes, tunc fiet quod Johannes
5 Baptista de L'Anguillaria cum peditibus mille, qui sunt in Lunensi, coniungatur cum dicto domino Marchione; si, vero, deliberabitur quod dictus dominus Marchio veniat et jungat se cum dicto domino Marchione, dicti pedites non erunt necessarii, sed remanebunt ad custodiam locorum nostrorum in Lunensi.

10 Fuit vocatus dominus Zacharias de Pisis et cum eo expostulatum fuit et conquestum de Cardinale Mantuano, qui in civitate Mantuę, quę est obligata Principibus nostris, ex capitulis illustris domini Marchionis Mantuę, exercet officium Legationis contra prefatos Principes nostros, maxime propter Breve pontificium, quod misit in presentia ad dominum Johannem de Comite, eum revocando ex
15 stipendio nostro, quod videtur alienum ab omni honestate etc. et quod prefatus dominus Marchio non debet comportare hoc; et ipse dominus Zacharias dixit quod scribet opportune.

Eodem die, post prandium.

Congregatis suprascriptis, exceptis domino Petro Landriano et domino
20 Johanne Jacobo Symonetta, qui erant absentes.

Fuit conclusum quod Johannes Georgius Invitiatus, cancellarius Johannis Ghiappani, remittatur ad Officium bladorum cum salario florenorum quinque mense quolibet; et fuit commissum domino Bartholomeo Chalco, ut referat illustrissime Domine nostrę; et, si Excellentie sue placuerit, faciat scribi
25 in quaterneto dicti Officii.

p 192

Die XVII aprilis 1479, de mane.

Congregatis infrascriptis, videlicet:

reverendo domino Episcopo Comensi,
d. Palavicino,
30 d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Petro de Landriano,
d. Azone Vicecomite,

d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonetta

Francisco Ritio, cancellario. 5

Fuit ordinatum[a] et mandatum medico domine Criseide, ut statim et sine mora licentiaret ex hac civitate dominum Jacobum de Capua, fratrem ipsius domine Criseidę, qui venit ex terris Brixianis, morbatis; et quod domina Criseida et eius filii et familia non veniat in castellum per multos dies.

Eodem die, post prandium. 10

Congregatis suprascriptis.

Fuit conclusum et dictum Cancellario domini Johannis Antonii Cottę quod de denariis pro quibus ipse d. Johannes Antonius pretendebat agere contra uxorem et bona domini Thomasini de Campofregoso propter detentionem de eo facta in Corsica per ipsum Thomasinum etc., non faciat amplius verbum, sed, 15 dignis respectibus et pro honore utriusque partis, imponatur silentium huic rei.

Item, super controversia Cantorię Alexandrię[a], vertente inter dominum Laurentium et fratrem domini Petri Andreę de Inviciatis, fuit conclusum quod utraque pars remaneat in eo assetamento, in quo convenerant, vel in eo quod tractatum fuit per Phylippum Ferrufinum. 20

p 193 1479 die XVIIII aprilis, de mane.

Congregatis infrascriptis Consiliariis, videlicet:

reverendo domino Episcopo Comensi,
d. Palavicino,
d. Orpheo de Richavo, 25
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Petro de Landriano,
d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Simonetta 30
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonetta

Francisco Ricio, cancellario.

[a] *Parzialmente corretto.*

Admissus fuit et auditus dominus Johannes Antonius Cotta, qui petiit partem bonorum feudalium et alodialium Cottini, fratris sui, tanquam bonorum confiscatorum, propter rebellionem, in quam incurrit, ratione inobedientię in non redeundo etc., pro se et d. Johanne Jacobo, fratre suo; conclusum quod de 5 huiusmodi bonis fiat donatio ipsis dominis Johanni Antonio et Johanni Jacobo, hac condicione: quod, si unquam aliquo futuro tempore, restituent aliquo modo ipsa bona ipsi Cottino, illa amittent et etiam partem propriam.

Venerabilis d. Johannes Molitorius, nuncius et capellanus magnifici comitis Georgii de Sana Casa, presentavit instrumentum ratificationis capitulorum, 10 initorum inter illustrissimos Principes nostros et prefatum dominum comitem Georgium; quod instrumentum auctenticum fuit acceptatum, presentibus Andrea de Busti et Paulo Hoffiman, theutonico, etc.

Super supplicatione Jacobini de Olzate, petentis posse se transferre in Hastense cum familia, propterea quod est in practicha accipiendi ad livellum certas petias 15 terrę etc., conclusum quod concedatur licentia eundi in Hastensem, videlicet a civitate Hast supra et non versus terras Dominii.

Alexander Colletta rettulit magnifico domino Petro Francisco Vicecomiti (p 194) relationem factam per dominum Angelum de Birago, dominum Antonium Cacaranam, dominum Jacobum de Clivio et Johannem Jacobum de Dugnano 20 in facto Caneparie salis Papię, et petiit suum apparere; qui dominus Petrus Franciscus dixit quod ipse est ignarus juris et quod remittit se ad doctores qui noscunt terminos juris.

Eodem[a] die, post prandium.

Congregatis antescriptis Senatoribus, addito domino Petro Francisco Vi-25 cecomite.

Fuerunt auditi magnifici domini Johannes Lodovicus et dominus Palavicinus, marchiones Palavicini, fratres, super eorum controversia divisionis et nulla fuit facta aut concordia aut conclusio; sed solum, petente domino Johanne Lodovico, quod ei daretur copia protestationis facte, diebus superioribus, per dominum 30 Palavicinum, quia actus est judicialis, fuit conclusum quod daretur dicta copia presente ipso domino Palavicino et dicente non debere dari dictam copiam, et quatenus velit dari, detur cum quadam sua protestatione, quam afferet in scriptis.

[a] *Nel testo* edem

1479 die XX[a] aprilis, de mane.

Congregatis infrascriptis Senatoribus, videlicet:

reverendo domino Episcopo Comensi,
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino, 5
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Petro Landriano,
d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Simonetta. 10

D. Johanne Symonetta }
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.

Francisco Ritio, cancellario.

Fuit conclusum quod illis de Plurio expediantur eorum capitula, ut fuerunt expedita aliis etc. 15

Fuit, etiam, conclusum quod Martino Cenano, lucensi, fiat salvuconductus, ut ipse petiit per litteras Gabrielis Palearii.

Fuit etiam conclusum quod illi medico de Pontremulo, qui est cum illustri domino Duce Bari, prorogetur terminus redeundi in patriam, juxta proclamata per quindecim dies. 20

p 195 Fuit conclusum quod reverendo domino Episcopo Sedunensi concedatur quod exemptio data suę Dominationi et suis, usque ad summam librarum quadringentarum, sua reverenda Dominatio possit gaudere et servetur per Daciarios cuicumque habenti ab ipso bullettinum, etiam si non esset nativus subditus, modo non excedat summam dictarum quadringentarum librarum, in anno. 25

Super supplicatione Fratrum Carthusię Papię et heredum quondam domini Nicolai de Tolentino, conquerentium quod quędam bucca Navillii nuncupata Della Vetula aperta fuerit, conclusum quod remittatur ad Magistros Extraordinarios, qui intelligant et provideant opportune, ita ut neutri partium fiat iniuria. 30

Fuit dictum Potestati Mediolani, quod debeat facere dare XXV stafillatas cuidam mulieri nuncupate Zaninę, que habuit rem cum privigno.

Eodem die, post prandium.

Congregatis suprascriptis.

Fuit auditus Johannes de Busti, qui petivit fratrem suum ascribi inter stipendiatos ducales; cui Johanni, post consultationem, fuit unanimiter responsum 35

quod illustrissimi Principes nostri, attenta eius fide et laboribus, sunt contenti acceptare fratrem ipsius Johannis de Busti in loco Bernardini Missalię, qui habuit licentiam.

Fuit, etiam, conclusum quod in arce Belvedere, Commissarius Parme mittat sex de provisionatis ducalibus, qui sunt Parmę, qui habeant in mandatis una cum Castellano capere quendam Angelum de Russino. Et de hac re scribatur nobilibus de Terciis de Sexa, quorum est dicta arx.

1479 die XXI[a] aprilis, de mane.

Congregatis infrascriptis, videlicet:

reverendo domino Episcopo Comensi,
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino,
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Petro Landriano,
d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Simonetta.

D. Johanne Simonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo[a] Symonetta

Francisco Ricio, cancellario.

Super litteris domini Antonii Malvicini, locumtenentis reverendissimi domini Cardinalis Papię, de illo Donato, hebreo, qui conduxit puerum nuncupatum Turlurii ad Harenam in manus Belhominis et creditur publice fuisse ab eis crucifixum dictum puerum Turlurii, fuit conclusum quod scribatur ipsi domino Antonio, ut ad evitandum tumultus et scandala in civitate Papię mittat huc Donatum hebreum predictum, ut intelligatur et puniatur eius delictum; et similiter scribatur Commissario Papię, ut procuret habere in manus Belhominem predictum: et mittat eum huc, ut etiam examinari et puniri possit, si erraverit; et advertat ipse Commissarius, ne aliquis tumultus aut insultus fiet ad domos reliquorum Hebreorum civitatis Papię.

p 196

[a] *Segue* Trivultio *cancellato.*

Solemnitas Sancti Georgii

Fuit etiam ordinatum quod celebratio sancti Georgii fiat ut infra, videlicet: Fare dir la messa solenne in Sancto Donato in Castello per lo episcopo Paulo et gli siino li cantori[67] et li se benedicano li standardi, more solito.

Le zente d'arme se mettano in squadre suso la piaza del castello; similiter li balestreri da cavallo et li cento provisionati; parte delli capi de squadra de zente d'arme desmontino a piede, per essere alla messa et benedictione delli standardi presso el Signore et l'altra parte restino al governo delle squadre. 5

Finita la messa et benedicti seranno li standardi, el Signore monti a cavallo con tutti li suoi et con li soprascripti zente d'arme, balestreri da cavallo et provisionati et ordinatamente vadi ad accompagnare li standardi per la via de Sancto Johanne[a] suso el muro et Sancto Jacobo[b]; uscendo fuora per Porta Vercellina se drizino verso Sancto Spirito et alla sosta et lì intrino in lo zardino et portino li standardi al loco consueto. 10

Portinseno doy stendardi, videlicet, el Ducale et el Sforzesco: messer Alfonzio dal Caretto porti lo standardo Ducale e Galeazo Tegnoso porti el Sforzesco. 15

p 197

Eodem die, post prandium.

Congregatis infrascriptis, videlicet:

reverendo domino Episcopo Comensi,
d. Petro Francisco Vicecomite[a],
d. Orpheo de Richavo, 20
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Petro Landriano,
d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Symonetta.

d. Johanne Symonetta } secretariis. 25
d. Bartholomeo Chalco }

Francisco Ricio, cancellario.

Super querela filiorum d. Luciae de Castiliono, conquerentium per Consilium Secretum non adhibitam[c] opportunam provisionem in violentia sibi facta per d. Rosanam de Castiliono, quae, de facto, misit circa XXX homines 30

[a] *Parzialmente corretto.* [b] *Aggiunto in margine.* [c] ad *aggiunto nell'interlineo.*

67. I cantori ducali si distinguevano in cantori da camera e da cappella. Non se ne lasciò sfuggire l'elenco (col rispettivo emolumento) il Cicco, che lo riportò nei *Diari* (cit. p. 128). Tra i cantori da camera e da cappella si noverano nomi italiani e ultramontani.

ad occupandam possessionem Bisozoli etc., fuit conclusum et commissum Phylippo Ferrufino, ut referat dominis de Consilio Secreto quod provideant, ut tollatur violentia; deinde, jus fiat partibus, expediendo cum omni possibili celeritate.

5 Super supplicatione Protonotarii de Gallerate, filii domini Petri, conquerentis de usurpationibus et insolentiis commissis per homines Castelletti de Mommo et aliis Novariensibus de bonis et possessionibus Monasterii de Dolzago, ordinatum [a] fuit quod scribatur Capitaneo Devetus Novariensis, qui vadat super locum et provideat, ne dicte usurpationes fiant; et adviset hic de eo quod com-10 pertum habuerit.

Super supplicatione Dionisii Cribelli contra dominum Laurentium Grassum, ordinatum fuit quod domini de Consilio Justicie provideant taliter, quod ipse Dionisius juste conqueri nequeat et non relaxentur ille libre DCC imperialium, nisi prius re bene cognita.

15 In causa Petroni Longoni, detenti ob homicidium, conclusum fuit quod terminus proferendę sententię prorogetur dies decem; intelligatque hanc causam [a] dominus Nicolaus Fontana una cum Capitaneo Justicie.

Die 23°. p 198

Congregatis antescriptis.

20 Super supplicatione Johannis de Melzio et Johannis et fratrum de Peragallo, petentium quod ipse de Melzio possit vendere nonnulla bona in territorio Inzaghi ipsis Johanni et fratribus, nepotibus suis, cum eo jure quod possit emere cum exemptione et donatione alias facta ipsi Johanni de Melcio possendi irrigare CC perticas terre ipsorum bonorum de aqua Navigii Martesanę, con-25 clusum quod donatio acquae possit transferri in ipsos de Peregallo, sed non cum exemptione.

Per Alexandrum Collectam

Comune et homines Sancti Columbani miserunt Oratores rogatum illustrissimos Principes, ut sibi liceat in eo oppido exhedificare aliam ecclesiam ampliorem et capaciorem vetere, quę ruinosa est, nec populum capit; quibus, 30 fuit concessum, ut, remanente in nova ecclesia jure patronatus Principum nostrorum sicut est in vetere, possint aliam ędificare longius a fortilitio, quam sit vetus, et materiam veteris ecclesiae in ea convertere.

Dissoluto jam suprascripto Senatu, dominus Johannes Lodovicus ex Marchionibus Palavicinis iterum petiit sibi a me [b] dari copiam protestationis superius 35 facte die II^{a} presentis mensis per dominum Palavicinum, eius fratrem, presente magnifico domino Cicho, qui dixit mihi Francisco Ritio ut darem dictam

[a] *Parzialmente corretto.* [b] a *staccata con un tratto.*

copiam, ut fuit ordinatum die XVIIII presentis; et, ut dominus Palavicinus gravari non posset, misit ad eum Julium de Cattaneis, ducalem cancellarium, pro protestatione quam faciendam sibi reservavit; qui Julius, rediens, portavit protestationem predictam tenoris infrascripti, videlicet:
« Petente domino Johanne Lodovico Palavicino, marchione, fratre meo, de- 5
cerni sibi copiam protestationis [a] per me facte diebus superioribus in pleno Consilio; et interrogatus an assentiam dari dictam copiam eidem domino Johanni Lodovico, respondeo et dico, exemplo Domini, ego palam locutus sum mondo, et in occulto nihil; et verum est quod dixi et protestatus fui prout constare debet
p 199 in strumento rogato per Franciscum Ritium, ducalem cancellarium et notarium, 10
iis diebus elapsis; a quo instrumento protestationis nullatenus discordare volo nec intendo per aliqua, quę nunc, vel in futurum dicam, vel faciam etc.; quinymmo ea pro repetitis, nunc et quandocumque, in omnibus inter nos fratres gerendis haberi volo et declaro et protestor in omnibus et per omnia, prout jacet, as-
sentiens quantum sit pro me domino Johanni Lodovico copiam dari et decerni, 15
ut de ea plenam et indubitatam notitiam habere possit. Rogo te Franciscum Ritium, cancellarium et notarium suprascriptum, ut de his omnibus publicum conficias instrumentum ».

Die XXII aprilis 1479, post prandium.

Alexander Colletta, ducalis cancellarius, accessit ad illustrissimam d. Du- 20
cissam nostram et rettulit Excellentie sųę [b] relationem factam per d. Angelum de Birago, d. Antonium Cacaranam, d. Jacobum de Clivio et d. Johannem Jacobum de Dugnano in facto Caneparie salis Papię, propter quam vertitur diferentia inter Cameram, Melchionem de Mediisbarbis et Johannem Franciscum
de Filipertis, et apparere maioris partis Consiliariorum etc.; eius Excellentia 25
fuit contenta quod provideretur quod dicta relatio mandaretur executioni.

Congregatis infrascriptis, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
magnifico d. Sfortia Secundo [a],
d. comite Petro de Verme, 30
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Petro de Landriano,

[a] *Nell'interlineo.* [b] *Parzialmente corretto.* 35

d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Simonetta.

D. Johanne Simonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
5 d. Johanne Jacobo Simonetta

Alexandro Colletta, canzellario.

Alexander Colletta missus fuit ad illustrissimam Dominam nostram ad notificandum eius Excellentie quemadmodum magnificus d. Orator Venetorum facit multam instantiam pro negocio Dominici de Georgiis et quod oportet 10 quod eius Excellentie respondeat de intentione sua. Celsitudo sua respondit quod nihil vult facere in isto negocio; et, ita, commisit dicto Alexandro quod predicti Consiliarii debeant precise dare exclusionem et negativam Cancellario Oratoris predicti, qui expectabat. Et, ita, responsum est, mitibus verbis, in hanc substantiam. p 200

15 Ser Nicola Boldono, ser Zorzo Magno, ambo de Bellano, domino Donato de Marliano de Varena admissi sunt, qui dixerunt, nomine eorum Comunium, nullo modo velle se subiacere alicui, nisi illustrissimis Dominis nostris; responsum fuit eis quod vadant et sint bono animo, quia non fiet aliquid in hoc, contra eorum voluntatem.

20 Fuerunt auditi Vicarius provisionis Mediolani et Officiales super aqua Olone [a] et retulerunt de immoderatis buchis, quibus impeditur, ne aqua Olone possit fluere versus Mediolanum etc.; quibus fuit dictum quod moneant iterum habentes dictas bucchas, ut veniant ad audiendum se condemnari, aut ad allegandum cur non debeant condemnari, ex eo quod noluerint moderare dictas bu-25 cas; quo facto, condemnent condemnandos, et vadant ad videndum et moderandum dictas buccas.

1479 die XXIIII° suprascripti, post prandium.

Congregatis infrascriptis, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
30 magnifico d. Sfortia Secundo,
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo Trivultio,
d. Petro Landriano,

35 [a] *Corretto su* Alone

d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonetta

5

Alexandro Colletta, canzellario.

p 201 Magnificus dominus Hieronymus Morellus, orator florentinus, petiit, nomine magnifici Laurentii, officium Commissarię Salsi Placentini, pro duobus annis, post finem presentis Commissarii, pro Joseph Columbino,[68] gratis. Et, ita, fuit conclusum, ut fiat, et fiant, nunc, littere. 10

1479 die XXVI^a aprilis, de mane.

Congregatis Senatoribus infrascriptis, videlicet:

magnifico d. Petro Francisco Vicecomite,
magnifico d. comite Petro de Verme,
d. Palavicino, 15
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Petro de Landriano,
d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Simonetta. 20

D. Johanne Simonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Simonetta

Francisco Ritio, cancellario.

Fuit auditus magnificus d. Antonius Donatus, orator venetus, qui exposuit 25 continentiam litterarum illius Dominii circa res, quae tractantur Romę, pro pace concludenda; quae litterę conformes sunt litteris, quas d. Leonardus Botta scribit ad Principes nostros de hac materia; et super his fuit conclusum una cum dicto Oratore quod rescribatur Venetias, commendando quantum per illud Dominium factum et scriptum est circa istam materiam et recordetur quod scri- 30

68. La lettera di nomina porta la data del 28 seguente; ma il Colombini iniziò la carica con i tempi nuovi: nel 1481, sotto il Moro, il quale *ad complacentiam* di Lorenzo il Magnifico prorogò l'ufficio a favore di Giuseppe Colombini per altri due anni, dopo il 1483.

bat pro reservatione Bononiae, Pisauri et Arimini in stipendio Florentinorum et in protectione Foederis nostri illustrissimi. Deinde, prefatus magnificus Orator venetus dixit de re Dominici Georgii zoylerii; ad quod fuit responsum id quod, alia die, Alexander Colletta, ducalis canzellarius, Canzellario dicti do-
5 mini Oratoris rettulit de mandato illustrissime Domine nostre, videlicet: quod illustrissima Domina prefata rogat ipsum magnificum Oratorem quod de re dicti Dominici sit contentus non gravare suam Excellentiam, quia ipsa bene novit ipsum Dominicum non esse creditorem; et, si viveret Marinus, eius frater, qui litteras ducales accepit ad Thesaurarium, pro ultima satisfactione cre-
10 diti sui, occasione jocalium datorum illustrissimo quondam domino duci Galeacio, hoc non peteret; et, ideo, sua Dominatio circa rem hanc non intendit (p 202) facere aliud, nec esse amplius de ea loquendum; scit, enim, illustrissimum d. consortem suum fecisse conclusionem ipsi Marino, ut in ducalibus suis litteris continetur; et omnia facta esse cum summa maturitate et justicia. Et de hoc
15 scribatur d. Leonardo Botte, oratori ducali, Venetiis agenti.

Lecta fuit quaedam relatio magnificorum dominorum Lucę Grimaldi, Antonii Bercelli et Alexandri de Raude circa petitionem Blancę de Scipione, que petit posse probare dotem per alios et novos testes; que relatio continet quod justum est quod utraque pars possit adducere testes; conclusum quod
20 fiat justa suprascriptam relationem.

Super petitione Oratoris illustrissimi domini Ducis Ferrarie, petentis levare de banno contagionis pestifere civitatem Mutinę, cum non sit infecta, etc., fuit conclusum quod remittatur dominis Deputatis super Sanitate, ut rem intelligant et, si sic est, provideant, ut levetur de banno.

25 Item, super petitione eiusdem Oratoris, petentis concedi licentiam veniendi huc comiti Antonio Rangono, stipendiato domini Roberti de Arimino, pro emendis armis et rebus necessariis, fuit conclusum quod per litteras patentes concedatur dicta licentia, ordinibus super peste et quibuscumque in contrarium facientibus non attentis.

30 Eodem die, post prandium.

Congregatis infrascriptis, videlicet:

reverendo d. Episcopo Comensi,
magnifico d. Sfortia Secundo,
magnifico d. comite Petro de Verme,
35 d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino,
d. Orpheo,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,

d. Azone Vicecomite,
d. Petro Landriano,
d. Cicho Simonetta.

D. Johanne Simonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis. 5
d. Johanne Jacobo Symonetta

Alexandro Colletta, cancellario.

Conclusum fuit super[a] querimonia quam Potestas Gabaloti fecit exponendo quod aliqui sibi minati sunt et Senatui maledixerant, quod avocentur Mediolanum principales seditionis et, presertim, qui maledixerunt, et committatur cognitio huius negocii domino Luchino Ferrufino et cognitio insultus facti Johanni Jacobo Carnelevario. 10

p 203

Conclusum quod concedatur Guerrerio de Castellatio, quod possit libere venire in Dominium nostrum et stare, cessante omni molestia reali et personali, occasione homicidii alias per eum patrati, modo non appropinquet se ad[b] terram Castellatii ad decem miliaria. 15

Fuit admissus dominus Antonius Malvicinus, vicarius reverendissimi d. Cardinalis Papię, qui presentavit puerum illum appellatum Turlurii, quem Papienses asserebant, fama vulgari, fuisse interfectum a Judeis, Arene, videlicet, per Belhomum hebreum etc.; quod falsum esse presentatione dicti pueri comprobatum est; fuit conclusum quod scribatur Commissario Papię et ad quos spectat ut omnes Hebrei, tam mares quam femine, detenti occasione predicta, dimittantur et relaxentur in sua libertate et restituantur res et bona eis ablata etc. 20

Super querela illorum de Valletellina, conquerentium de mutatione Vicarii Capitanei, fuit conclusum quod scribatur ipsi Capitaneo Vallistelline quod, reiecto Vicario presenti, et qui noviter electus fuerat, elligat unum novum Vicarium et non moveat se ad petitionem alicuius de dicta valle. 25

1479 die XXVII[a] aprilis, de mane.

Congregatis Senatoribus suprascriptis[c], ut supra[d].

Francisco Ricio, canzellario, 30

Fuit conclusum in facto domini Hugonis de Sancto Severino quod remittatur in locum suum, ad stipendium Principum nostrorum, ut erat prius.

In facto, autem, Gemi, possessionis dotalis uxoris suę, pro qua petit, aut jus administrari contra heredes[a] magnifici quondam domini Tristani, aut per

[a] *Parzialmente corretto.* [b] *Segue* de *cancellato.* [c] *Corretto su* infrascriptis [d] *Corretto su* videlicet 35

ducalem Cameram solvi libras VIImiliaCCLXXXXIII. etc., fuit ordinatum quod d. Bartholomeus Chalcus significet illustrissime Domine nostrę naturam huius rei et eam persuadeat ad habendam bonam considerationem etc.

Super litteris d. Francisci Della Latta, parmensis, petentis annullari bannum rebellionis ei datum per d. Gubernatorem Parmę de ducali mandato et acciri ad gratiam ei, diebus superioribus, una cum aliis concessam, fuit conclusum quod recipiatur ad gratiam, et scribatur ei ut veniat huc; et, deinde, vacabit studio suo Papie. p 204

Fuit commissum domino Melchioni Storiono quod vadat Modoetiam, pro repetienda illa cruce argentea, quę, furto, fuerat subtracta, diebus superioribus, et, postea, per quendam confessorem, fuit dictum quod quidam volebat eam resistuere et nunc non persistit in sententia, sed negat, etc.

Eodem die, post prandium.

Congregatis iisdem Senatoribus etc.

Spectabilis d. Cesar Valentinus, orator illustrissimi d. Ducis Ferrarię, qui, nomine prefati Ducis, fecit justificationem et excusationem suam de imputatione ei data per Florentinos quod noluerit congredi cum hostibus [a], quod fecit sua Dominatio pro conservatione Exercitus totius Lige etc., ut qui videbat periculosum esse congredi cum hostibus, propter loci dificultatem et propter alias causas, quas in medium attulit; deinde dixit non videri honorificum illustrissime Ligę tenere Oratores apud Lucenses, qui favent hostibus, ideo, suadet revocandos etc.; tercio petiit subventionem pro stipendiatis suis in bello etc.

Venerunt, postea, d. Johannes de Meltio, Johannes Bottus et Johannes Advocatus, magistri ducalium Intratarum Ordinariarum, qui legerunt litteras Ducis Januę, petentis relaxari certos gualdos detentos per Referendarium Terdonę, allegando exemptionem etc.; fuit conclusum quod rescribant et respondeant justificate quod omnino debet solvere etc.

Circa gualdos Castrinovi Terdonensis fuit [b] dictum quod Referendarius Terdone exigat intratas Camerę ex dictis gualdis absque [c] eo quod recurrant ad Locuntenentem Ducis Ferrarię, cuius est terra Castrinovi, et non intratas gualdorum etc.; et referant se ad consuetudinem ducis Borsii.

Ad [d] requisitionem magnifici d. Hieronymi Morelli, oratoris florentini, fuit conclusum quod scribatur domino Johanni Antonio Cotte, comissario ducali apud illustrem d. Marchionem Mantuę, quod prefatus d. Marchio cum sua comitiva vadat in Valle Nevolę per Graffignanam, aut per montes Pistorię, et ibi coniungatur cum aliis Gentibus Lige ad id destinatis ad deliberandum per p 205

[a] *Segue* propter loci difficult *cancell.* [b] *Parzialmente corretto.* [c] *Corretto su* ab eo [d] *Corretta la maiuscola al capoverso.*

quem locum debeant offendere inimicos et eos profligare. Et, ita, respondeatur dominis Florentinis, confutando non posse fieri per Lunensem et iri ad Massam, unde cum Gentibus reliquis coniungi non posset et iter periculosum esse etc., prout in minutis litterarum plenius continetur. Et scribatur domino Johanni de Comite et Johanne Baptista de L'Anguillaria quod, quando illustris d. Marchio Mantuę erit unitus cum Gentibus Florentinis et Ligae et ad offendendum inimicos requirerentur ab eis, vadant in eorum favorem cum peditibus mille ad minus, advertendo ut vadant securi et salvi etc. 5

1479 die XXVIII aprilis, de mane.

Congregatis infrascriptis Senatoribus, videlicet: 10

magnifico d. Sfortia Secundo,
rev. d. Episcopo Comensi,
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Nicodemo Tranchedino,
d. Orpheo de Richavo, 15
d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonetta 20

Francisco Ritio, cancellario.

Sanctinus dictus Frappa promisit et protestatus est quod post hac non offendet, neque iniuriabitur Ambrosio de Cazago, dicto nec facto; et, ita, suprascripti Senatores preceperunt et mandaverunt dicto Frappe quod observet.

Postea venit dominus Petrus Landrianus et 25

fuerunt vocati d. Antonius Malvicinus, vicarius reverendissimi d. Cardinalis Papiensis, et d. Ambrosius Pizonus et frater Bonifortus Strazapatta, oratores papienses, presente Turlurii puero, quem asserebant a Belhomo hebreo in Arena crucifixum; et, petentibus ipsis Oratoribus remitti Hebreos detentos ob hanc causam ad Potestatem Papię, ne laedatur sua jurisdicio etc., fuit eis responsum quod illustrissimi Principes nostri nolunt rumpere eorum jurisdicionem; sed, quia huiusmodi imputatio fuit data Hebreis alias et, tamen, fuit inventa falsa, voluerunt prefati Principes nostri hoc intelligere; quia huiusmodi casus, si fuisset verus, erat atrocissimus et offendebat totam Christianam religionem; ideo, erat officium Principis hoc ad se advocare et veritatem intelligere; et, si fuissent reperti culpabiles, fuissent etiam remissi ad Potestatem Papiae, ut pu-

(p 206) (30) (35)

nirentur. Et, sic, fuerunt dimissi dicti Oratores et ordinatum quod scribantur littere huiusmodi responsionis ad Comunitatem Papię et relaxentur et liberentur omnes Hebrey, hac de causa detenti, et eorum bona eis serventur et extorta restituantur.

5 Fuerunt vocati domini Consiliarii Secreti infrascripti, videlicet:

d. Antonius Romagnanus,
d. Augustinus Rubeus,
d. Nicodemus Tranchedinus et
d. Franciscus Maletta.

10 Et eis fuit dictum de facto d. Jacobi Lupari, potestatis Mediolani, detenti hic in castello propter illam feminam justiciandam, quam obprobriose miserat ad hostium Consilii Secreti in curia Arenghi; de quo actu plurimum fuerunt conquesti d. Consiliarii; et fuerunt suasi ad utendum clementia erga dictum dominum Potestatem, attento quod petiit veniam genuflexus et attenta re bo-15 noniensi, quae importat etc. Qui d. Consiliarii vocati responderunt se pro rata sua prumptos ad hoc et ibunt ad socios et eos persuadebunt et referent eorum deliberationem. Et ordinatum fuit quod ex ista clementia permittatur dictum d. Potestatem finire officium suum.

Fuit ellectus deputatus Ambrosius Ruffinus pro tercio arbitro in contro-20 versia vertente inter magnificum Laurentium Medicem, seu agentes pro eo ex una, et Jacobum Zanottum ex altera parte; et dictus tercius fuit ellectus de consensu partium.

Super supplicatione Sfortię Secundi, conquerentis quod turbatur in aqua irrigante zardinum sibi donatum per Principes[a] nostros de bonis Ducis Barri, 25 fuit conclusum quod d. Magistri Extraordinarii intelligant et provideant quod ipse supplicans possideat dicta bona donata et eis gaudeat, ut possidebat et gaudebat Dux Bari ante ipsius rebellionem, expediendo cum omni celeritate possibili. p 207

Eodem die, post prandium.

30 Congregatis Senatoribus infrascriptis, videlicet:

rev. d. Episcopo Comi,
magnifico d. comite Petro de Verme,
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Orpheo de Richavo,
35 d. Petro Landriano,

[a] *Nel testo parzialmente corr.*

d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Symonetta.
D. Johanne Symonetta
d. Johanne Jacobo Symonetta } secretariis.
Francisco Ritio, cancellario. 5

Fuit vocatus d. Jacobus Luparus, potestas Mediolani, cui, post auditum Christoforum de Bullate de intentione dominorum de Consilio Secreto in curia Arenghi, fuit dictum et mandatum quod vadat una cum dicto Christoforo ad prefatos Dominos, et ab eis petat veniam de errore commisso contra eos, inmittendo illam mulierem ad hostium Consilii. Et, hoc facto, exerceat 10 officium suum, ut faciebat antea usque ad finem temporis per litteras ducales sibi concessi.

In facto Nicolini de Mortario pro illis centum ducatis, quos ei abripuit Johannes Aloysius de Flisco, qui denarii erant illustrissimorum Principum nostrorum, licet ipse Nicolinus dixerit esse suos, ut eos salvaret etc., fuit conclu- 15 sum et commissum domino Petro Landriano quod dicat d. Bartholomeo Chalco, ut expediat litteras ducales ad Magistros Intratarum, imponendo eis quod faciant bonos dictos centum ducatos ipsi Nicolino, in computis suis.

Super supplicatione Sorti et fratrum de Quadrio de Ponte, conquerentium trahi huc extra forum suum, fuit conclusum quod domini de Consilio Justi- 20 cie intelligant et provideant, prout justum videbitur.

p 208 Super supplicatione magistri Michaelis de Vezago, petentis sententiam arbitralem in causa fictus unius domus reduci ad arbitrium boni viri, etc., fuit conclusum quod domini de Consilio Justicię provideant prout jus postulat.

Super supplicatione Albertini Rubei de Alexandria, conquerentis fuisse se 25 percussum in vultu cum uno pugno in domo domini Johannis Antonii Sparvarię a quodam Bartholomeo, cancellario[a] d. Nicolai de Fontana, fuit conclusum quod prefatus d. Johannes Antonius Sparvaria cognoscat et procedat in hac re, absolvendo et condemnando, prout justicia postulat.

1479 die XXVIIII aprilis, de mane. 30

Congregatis Senatoribus infrascriptis, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
d. comite Petro de Verme,
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino, 35

[a] *Su raschiatura.*

d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo Trivultio,
d. Petro Landriano,
d. Azone Vicecomite,
5 d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Simonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonetta

Francisco Ritio, cancellario.

10 Fuit conclusum in facto Petroni de Longono, detenti apud Capitaneum Justicię Mediolani, occasione homicidii, quod, ad tollendam suspitionem, quam agentes pro dicto Petrono allegant de Capitaneo predicto, cognoscatur et intelligatur ista res per d. Potestatem Mediolani, cum suo Vicario et Judice ac cum domino Johanne Baxiano et domino Nicolao de Fontana, ex Vicariis 15 Generalibus.

Fuerunt vocati magnifici d. Oratores venetus, florentinus et ferrariensis, et, lectis litteris ex Roma, quibus declaratur mala dispositio Pontificis ad pacem, fuitque conclusum quod scribatur Venetias ad exhortandum illam excellentissimam Dominationem ad statuendum terminum certum practice et con-20 clusioni pacis; quo elapso, Oratores discendant, factis protestationibus; et, si venietur ad hoc, scilicet, ad bellum, ordinetur quod Domini Arimini et Pisauri moveant bellum et guerram in Romandiola et in Marchia, etc. p 209

1479 die ultima aprilis, de mane.

Eisdem[a] Senatoribus et Secretariis congregatis, ut supra, excepto d. Johanne 25 Jacobo Symonetta.

Francisco Ricio, canzellario existente.

Fuit vocatus dominus Potestas Mediolani et ei fuit commissum quod faciat poni Petronum de Longono, qui de presenti est in manibus Capitanei Justicię, occasione homicidii etc., in aliqua rocheta, deinde, una cum d. Johanne 30 Baxiano e d. Nicolao de Fontana, ex Vicariis Generalibus, et, cum consilio sui Vicarii et Judicis maleficiorum ducalis, intelligant et revideant processus factos et omnia agitata contra dictum Petronum et veritatem eruant de predictis

[a] *Corretto su* eosdem

et referant quicquid repererint et an absolvendus, an puniendus sit dictus Petronus de jure.

Fuerunt auditi Nuncii Communitatis Uvadę, petentes sibi concedi gratias et immunitates, alias petitas etc.; super qua requisitione fuit conclusum quod dictis de Uvada confirmetur privilegium alias concessum per illustrissimum quondam dominum ducem Franciscum, reservata exemptione CCC librarum, quas in futurum solvere debeant. 5

In facto Petri Paveri de Fontana pro inimicitia, quam habet cum Johanne Antonio Del Parmesano, ducali armorum familiari, qui minatur offendere dictum Petrum Paverum, fuit conclusum quod nisi dictus Johannes Antonius intra dies octo ab intimatione dederit[a] idoneas fideiussiones de ducatis ducentis[a] de non offendendo dictum Petrum Paverum in aere nec in persona, directe, neque per indirectum, bannizetur[a] ex toto Ducali Dominio. 10

Eodem die, post prandium.

Congregatis infrascriptis, ut supra, videlicet: 15

magnifico d. Sfortia Secundo,
rev. d. Episcopo Comensi,
d. comite Petro de Verme,
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino, 20
d. Azone Vicecomite,
d. Orpheo de Richavo,
d. Petro Landriano,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Cicho Simonetta[b]. 25

D. Johanne Simonetta
d. Bartholomeo Chalco
d. Johanne Jacobo Symonetta } secretariis.

Francisco Ritio, cancellario.

Lecta supplicatione agentium pro illustri d. Phylippo[69] et fratribus de Sabaudia in negocio Cacialepore, auditisque Senatoribus Justicię, qui omnes quattuor interfuerunt, atque lecta relatione ipsorum Senatorum, missus fuit d. Bar- 30 (p 210)

[a] *Parzialmente corretto.* [b] *Nell'interlineo.*

69. Filippo di Savoia, conte della Bressa, poi duca: 16 aprile 1496 † 7 nov. 1497.

tholomeus Chalcus lectum illustrissime Dominę nostrę eam relationem et acceptum sue Celsitudinis obinde voluntatem; quae respondit se remittere judicio predictorum Senatorum, quod fuit ut dillationis terminus, qui petebatur per agentes predictos non concederetur, nisi fideiuberent erga emptores Ca-
5 zaleporis de evictione.

Super querela Illarii Villani, conquerentis non dari expeditionem causę sororis sue, juxta relationem domini Raymundi Lupi, cui per Senatores Consilii Secreti iniunctum erat onus ipsius expeditionis, ordinatum fuit quod Phylippus Ferrufinus vadat ad ipsos Senatores, quibus dicat querelam ipsius Ilarii et eos
10 hortetur ad dandum expeditionem dictę causę.

Super supplicatione Jacobi, Plebis Inzini, habitatoris Herbę, armigeri ducalis, conquerentis de Gabriele et fratribus de Paravesino, filiis Johannis Zonfrini, quod debuerint incidisse sibi vites, conclusum quod committatur d. Johanni Antonio Sparvarie, qui mittat pro partibus et diligenter inquirat veri-
15 tatem et, postea, referat ut provideatur executioni etc.

1479, die prima maii, post prandium.

Congregatis infrascriptis Senatoribus, videlicet:

magnifico d. Sfortia Secundo,
rev. d. Episcopo Comensi,
20 d. comite Petro de Verme,
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Cicho Symonetta.

25 D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Simonetta

Francisco Ritio, cancellario.

Super diferentia et controversia vertente inter magnificos d. Johannem Lo-
30 dovicum et d. Palavicinum, fratres, ex Marchionibus Palavicinis, ad evitanda scandala, que de facili oriri possent, quemadmodum evenit, diebus superioribus, de illis qui in Buxeto fuerunt mortui et vulnerati etc., fuit conclusum quod cogantur dicti fratres, omni opportuno remedio, ad deponendum arcem Buxeti in unum partium confidentem, quem dicti fratres elligant, infra dies duode-
35 cim ab intimatione huius ordinationis; et, si infra dictum terminum non elle- p 211
gerint dictum confidentem, tunc illustrissima Domina nostra accipiat dictam

arcem in se et faciat eam custodire nomine et sumptibus dictorum fratrum, quousque decise fuerint eorum controversie per dominos de Consilio Secreto; quibus, deposita dicta arce etc., fiat commissio quod ipsis fratribus circa diferentias predictas jus ministrent; et haec commissio, ex nunc prout ex tunc, facta intelligatur. 5

Super petitione domini Episcopi Parmensis, pro quo comparuit Malatestas et pluries auditus fuit occasione fictus, quem petit idem d. Episcopus pro bonis, sitis in territorio Brixilii, locatis d. Lodovico Marię Sfortię, et, item, occasione restitutionis suprascriptorum bonorum, quam petit tanquam bonorum Episcopatus, et de quibus deberetur maior fructus etc., conclusum quod quo ad 10 solutionem fictus fiat commissio Magistris Ordinariis, qui debeant liquidare huiusmodi creditum; et ad quem computum debeat poni sive librarum CCCC, in anno, sive CL; et, postea, facta liquidatione, provideatur satisfactioni super bonis domini Lodovici; quo vero ad restitutionem predictorum bonorum conclusum quod ipsi Magistri scribant per litteras ducales prefato d. Episcopo, 15 exhortando eum ad permittendum quod Camera perseveret in possessione bonorum et solvant fictum annualem, quem solvebat quondam d. Antonius de Corrigia et incohavit solvere d. Lodovicus predictus, adducendo, etiam, quod Camera non debet esse peioris et deterioris conditionis quam fuerunt suprascripti etc. 20

Super supplicatione Facini[a] Tanzii[b], conquerentis quod Potestas Alexandrie vult procedere contra Johannem de Romano et socios, incolas in loco dicti Facini nuncupati Sancti Juliani, occasione unionis, nonobstante quod ipse Facinus observaverit promissa, videlicet, consignaverit ipsum Johannem dicto Potestati, qui satisfecit creditori etc., conclusum quod scribatur suprascripto 25 Potestati quod non procedat, attentis suprascriptis.

Lectis litteris Comunitatis Bersilii, per quas conqueritur quod in executione litterarum dominorum Deputatorum super bladis facta fuit quaedam novitas in illa terra et castellantia super molinariis, et licet hoc videatur processisse ad instantiam dicte Comunitatis, tamen, ipsa dicit nihil scire et, 30 propterea, requirit quod provideatur, conclusum quod scribatur Deputatis quod provideant quod nihil innovetur, preter solitum.

p 212

1479, die II[a] maii, post prandium.

Congregatis infrascriptis Senatoribus, in loco Consilii, ut supra, videlicet:

magnifico d. Sfortia Secundo, 35
rev. d. Episcopo Comensi,
d. comite Petro de Verme,

[a] *Corretto su* Fanini [b] *Parzialmente corretto.*

d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Azone Vicecomite,
5 d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonetta

Francisco Ritio, cancellario.

10 Fuerunt habiti magnifici d. Johannes Lodovicus et d. Palavicinus, fratres, ex Marchionibus Palavicinis, et eis fuit lecta et intimata ordinatio et conclusio facta heri circa depositionem arcis Buxeti et commissionem diferentiarum suarum ad Consilium Secretum etc.; qua lecta, dimissus fuit d. Palavicinus; quo amoto, d. Johannes Lodovicus respondens, post multa allegata in suam justificationem, 15 dixit et protestatus est se non acceptare dictam ordinationem, attento quod est aliena ab ordinatione et mandato facto, diebus superioribus, ab illustrissima Domina nostra huic Senatui ad supplicationem ipsius domini Johannis Lodovici, videlicet: quod isti Consiliarii componerent et concordes redderent dictos fratres aut remitterent eorum controversias ad dominos de Consilio, ut justicia 20 mediante eos determinarent; ideo, dictus d. Johannes Lodovicus allegans suprascriptos Senatores de isto Senatu discessisse ab mandato illustrissime Domine, appellat et provocat ad eius Excellentiam ab huiusmodi eorum ordinatione etc.; et de hac protestatione et appellatione rogavit et rogat me Franciscum Ritium, publicum imperiali ac ducali auctoritate notarium, etc., presentibus 25 suprascriptis Senatoribus, Phylippo Ferrufino et Alexandro Colletta, ducalibus cancellariis et notariis, una mecum rogatis, ac d. Antonio Landriano, ducali generali thesaurario, et Antonio Symonetta, testibus ad predicta habitis et rogatis.

1479, die III^a maii, de mane.

Congregatis eisdem Senatoribus.

30 Fuerunt lecte littere illustris d. Marchionis Mantuę et d. Johannis Antonii Cottę, continentes adventum Sfortię Bittini, nomine excelse Reipublicę Florentine, ad dirigendum prefatum d. Marchionem Mantuae per aliam viam, quam per eam, quam ordinaverant Principes nostri; et, tandem, discussis omnibus, fuit conclusum quod ad evitanda pericula etc., dictus d. Marchio omnino 35 vadat per viam ei ordinatam litteris hesternis Principum nostrorum; et, ita, replicentur littere; et hoc idem modestis et iustificatis verbis dicatur Hieronymo Morello, oratori florentino, etc.

p 213

1479 die IIII[a] maii, post prandium.

Congregatis Senatoribus infrascriptis, videlicet:

magnifico d. Sfortia Secundo,
rev. d. Episcopo Comi,
d. comite Petro de Verme, 5
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta } secretariis. 10
d. Johanne Jacobo Symonetta }

Francisco Ritio, cancellario.

Fuit conclusum quod Comunitati Sancti Stephani, pro reparatione murorum et fortificatione illius terre, concedantur intrate molendinorum etc.
Item, quod filius comitis Petri Ruschę acceptetur ad Principum nostrorum 15 stipendia in Lanceis spezatis et, cum vacabit locus, dabitur ei provisio.
Venit postea d. Palavicinus.
Super supplicatione Ambrosii de Ello, petentis alium tercium arbitrum poni loco Francisci Schancii super diferentia vertente inter ipsum Ambrosium et Baldessarem et Tristanum de Permenugo conclusum quod mittatur suppli- 20 catio ad Consilium Justicię, qui bene et diligenter intelligant et examinent eam et opportune provideant.
Super supplicatione Betini de Serina, cuius equus[a], casu fortuito, dum ipse equitaret illum interfecit quandam puellam annorum IIII, sicuti continetur in supplicatione, conclusum quod fiat remissio, si ita est, sicuti supplicatum fuit. 25
Venit postea d. Petrus Landrianus.
Fuit conclusum quod comiti Lodovico de Valeria concedatur licentia eundi Parmam, pro mense uno, itu, mora, et reditu computatis.
Super controversia d. Margaritte Malette cum generis, occasione Campalestri, propter novitatem quę asseritur[b] facta per Nicolaum Malettam in appre- 30 hensione dicti loci Campalestri, conclusum quod Consilium Secretum et Justicię, exclusis suspectis et servatis ordinibus, intelligant et provideant, prout eis justum videbitur.
Fuit conclusum quod quęrele exposite in scriptis per scholares Francigenas, Papię studentes, dentur d. Francisco Vascono, qui transferat se Papiam et 35

[a] *Parzialmente corretto.* [b] *Corretto* as

procuret intelligere veritatem dictarum querelarum et aliorum excessuum, commissorum per scholares, his proximis diebus; et de omnibus adviset et reliqua faciat, juxta eius commissionem et litteras ei datas.

Fuit admissus magnificus comes Gaudentius de Amatia, orator illustrissimi ducis Sigismundi de Austria, et, habita imprimis oratione per *****, consiliarium prefati domini Ducis, ipse Comes, qui dessignatus est consiliarius illustrissimorum Principum nostrorum, juravit fidelitatem, primum, salva fidelitate illustrissimi Domini sui; mox, taciturnitatem; et se fore secretum eorum, quę audiverit ex secretis prefatorum dominorum Ducum. Quibus peractis, dimissus fuit. p 214

Fuit ordinatum quod comes Johannes, filius quondam comitis Bernardi de Anghusolis, vivat una cum domina Sveva matre sua, quousque ipsi comiti Johanni placuerit; et comites Bartholomeus et Johannes Franciscus Anghussoli, patrui dicti pueri, habeant tutelam et curam omnium bonorum ipsius et custodiri faciant[a] arces suas, et de omni intrata dictorum bonorum dent libras noningentas imperialium pro victu et vestitu dicti comitis Johannis ac matris et Familie suę, computatis illis quingentis libris, quae erant prius ordinate dicte matri, et solvantur, temporibus congruis, videlicet, sexcentum librę in victualiis secundum ordinem et extimationem factam coram Commissario Placentię, et trecente librę dentur in denariis; relique intrate describantur ad custodiam arcium et pro dissolvendis debitis; et, si quid supererit, servetur ad utilitatem dicti pueri; et, ita, de hac ordinatione, fiant opportune littere.

Lectis litteris Leonardi de Parma et Hieronymi de La Cruce[b], conquerentium de diminutione eorum salarii, conclusum per omnes Senatores quod eis non fieret iniuria, si non reintegrarentur in eorum possessione; et concludunt quod debeat fieri suprascripta reintegratio.

Admisso Laurentio Ciserano et audito, qui rettulit quid factum et secutum fuerit hucusque de facto Johannis de Roncho[b], nominati in processibus factis de[b] morte principis ducis Galeazii, conclusum quod fiat jus per Vicarium Capitanei Justicie Mediolani, etc.

Super supplicatione Comunium Sancti Donati, Cugenti et Sancti Martini etc., conquerentium quod Potestas Parme astringit eos, vigore cuiusdam statuti, ad solvendum equum, furto subtractum Jacomatio, armorum familiari, in Villa Crustuli, fuit conclusum quod scribatur dicto Potestati, ut de predictis diligenter investiget et repertos culpabiles puniat et astringat ad satisfactiendum; non repertos culpabiles non molestet, nec sumptibus distrahat, sed furem reperiat et castiget.

[a] *Segue* eas *cancellato.* [b] *Parzialmente corretto.*

p 215 Die V[ta] maii 1479, de mane.

Congregatis infrascriptis Senatoribus, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino, 5
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Petro de Landriano,
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta 10
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonetta

Francisco Ritio, cancellario.

Fuerunt lecte per Antonium de Applano magnificis dominis Oratoribus veneto et florentino littere illustris d. Marchionis Montisferrati, scripte ad ipsum 15 Antonium et eius responsiones circa rem serenissimi regis Rhenati et Ducis Calabrię ad rem Italicam etc.; et fuit decretum quod dictarum litterarum et responsionum exempla dentur dictis Oratoribus, ut ea mittant ad suos illustrissimos et excellentissimos Dominos pro habenda eorum sententia.

Super supplicationibus Petri Ventrotti et consortium de Plurio ac Chri- 20 stofori Morazoppi de Plurio, conquerentium de Dionisio de Nave, potestate Plurii, et petentium non confirmari in dicto officio, sed puniri de erratis etc., fuit conclusum quod dimitantur dicti supplicantes bonis verbis et scribatur dicto Potestati, ut modeste vivat cum ipsis et eorum supplicationes mittantur ad Filippum de Petrasancta, commissarium Clavenę, ut veritatem inveniat[a] et 25 referat, etc.

Eodem die, post prandium.

Congregatis suprascriptis, additis d. Sfortia Secundo et d. comite Petro de Verme.

Lectis litteris Referendarii Comensis pro stipendio quod Commissarius Comi 30 postulat ab hominibus Lacus Comi, conclusum fuit quod littere ostendantur d. Azoni Vicecomiti et quod eius judicium executioni mandetur.

[a] *Parzialmente corretto.*

Fuit vocatus Marcus Trottus, cui comissum fuit quod dicat Consiliariis quod in facto illorum de Galianis faciant quod debiti et juris fuerit.

Magnificus dominus Cichus in loco, in quo alias exercebatur Officium cabalariorum, precepit, presentibus Johanne de Belinzona et Silvestro de Vigliarana et Alexandro Colletta, comiti Johanni Angussiole, filio quondam comitis Bernardi et dominę Svevae, nomine illustrissimorum dominorum nostrorum Ducum, quod non audeat accipere uxorem sine expressa licentia eorum Excellentiarum, sub pena indignationis suę. p 216

Lectis litteris d. Gubernatoris Parme et responsione nobilium de Terciis de Scissa circa illos sex provisionatos mittendos in arcem Belvedere, fuit conclusum quod scribatur dictis nobilibus quod, sub pena indignationis et feudi, acceptent dictos provisionatos in dicta arce et reparent pontes etc., ut in ipsis litteris continetur.

1479, die VI[a] maii, de mane.

Congregatis infrascriptis Senatoribus, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino,
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Petro Landriano,
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonetta

Francisco Ritio, cancellario.

Fuit conclusum quod Johannes Advocatus et Hieronymus Griffus una cum Deputatis super provisione bladorum revideant et terminent computum et rationes bladorum illustrissimorum Principum nostrorum infra mensem unum.

Fuerunt comunicate littere ex Florentia et Lunensi cum Oratore florentino, continentes discessum d. Roberti Severinatis et sociorum ac totius Exercitus versus Lunensem; et fuit ordinatum quod scribatur Florentiam quod provideant ut pars Exercitus Ligae insequatur hostes; et scriptum fuit Marchioni Mantue ut firmet se ubi est per biduum, donec intelligatur progressus hostium.

Deinde, venit Orator venetus, videlicet d. Antonius Donatus, et exposuit ab illustrissimo Dominio suo esse revocatum et ideo velle petere licentiam p 217

ab illustrissima Domina nostra, ut ei iniuctum est; fuit ei responsum quod, licet gratissima sit hic sua presentia, tamen, ut satisfaciant desiderio suo, dici facient illustrissime Domine nostrę; et fuerunt ei comunicate littere supranominate.

Fuit conclusum quod Branda de Castiliono mittatur in loco Georgii Vicecomitis de Lanzeis spezatis, etc. 5

Fuit, etiam, ordinatum quod replicetur Venetias, pro statuendo termino Oratoribus Romę, quod discedant, factis protestationibus, nisi Pontifex pacem concluserit etc.

Eodem die, post prandium. 10

Congregatis infrascriptis Senatoribus, ut supra, videlicet:

d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino,
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo de Trivultio, 15
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta
d. Johanne Jacobo Symonetta } secretariis.

Alexandro Colletta, cancellario.

Fuit dictum Hieronymo filio Pauli Spinole de Arquata quod veniat in novembri, aut in decembri proximo, quia tunc providebitur sibi de loco camerarii, sive aulici etc.; et quod donetur sibi citoninus morellus pro una dyployde. 20

Postea, venit d. Episcopus Comensis. Deinde, venerunt magnifici et strenui Sfortia Secundus et comes Petrus de Verme et Bartholomeus Chalcus.

In facto Caroli de Monticellis de Parma, petentis cassari et annullari fideiussionem ducentorum, seu trecentorum ducatorum, quam[a] dedit, diebus superioribus, coram Potestate Parmę, propter imputationem monetarum rotundatarum etc., fuit conclusum quod concedatur et fiat, ut petitur, scribendo Potestati ut eam[b] annullet etc. et de predicta imputatione fiat libera remissio et gratia pro hac vice. 25 30

p 218 Fuit conclusum ut fiant littere Magistris Intratarum quod equitantes, qui mittuntur pro rebus ducalibus Pontremulum, tractentur in andatis suis quemadmodum tractantur illi qui mituntur Januam.

Super supplicatione filiorum Pasini Capre contra Laurentium Burrum, detentum in arce Binaschi, conclusum fuit quod relaxetur et banniatur extra[c] Dominium, ita quod numquam revertatur, sub pena furcarum. 35

[a] *Corretto su* quas [b] *Corretto su* eas [c] *Parzialmente corretto.*

1479 die 7, post prandium.

Congregatis infrascriptis Senatoribus, videlicet:

magnifico d. Sfortia Secundo,
rev. d. Episcopo Comi,
5 d. comite Pietro de Verme,
d. Palavicino,
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Petro Landriano,
10 d. Cicho Simonetta.

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonetta

Alexandro Colletta, cancellario.

15 Suprascripti omnes Consiliarii comitati sunt magnificum Antonium Donatum, oratorem venetum, usque ad cassinum, ad illustrissimam Dominam nostram, qui significavit Excellentie sue sicuti habet licentiam a Dominio suo Veneto discedendi et cępit agere gratias prefate illustrissime Domine nostre de honore sibi facto; et, postea, nomine Dominii Venetorum, obtulit, pro conser-
20 vatione huius Status[a], omnia etc.; et, item, obtulit personam suam, operam et facultatem, ubi sit opus etc.

Postea, dimisso ipso d. Oratore, remanserunt[b] ipsi d. Consiliarii suprascripti et dixerunt illustrissime Domine nostre quod, licet omnes uniti et separati multum elaboraverint pro componendis diferentiis magnificorum dominorum
25 Johannis Lodovici et Palavicini, fratrum, ex Marchionibus Palavicinis, tamen hucusque res non potuit reduci ad aliquod accordium; tamen, omnibus bene et mature consideratis, dixerunt quod nullum honestius partitum invenire poterunt, quam quod ipsi fratres eligerent unam personam dignam, idoneam (p 219) et confidentem pro Castellano Busseti, qui habeat illum numerum sociorum,
30 qui sibi sufficiens videbitur; qui Castellanus juret fidelitatem ambobus fratribus suprascriptis, et tamen ipse det sacramentum suis sociis, et ipsi fratres possint quilibet tenere debitum numerum personarum, ita tamen quod alter non sit potentior Castellano. Hoc facto, fiat postea commissio Consilio Secreto residenti in Curia Arenghi Mediolani, quod ipsis fratribus circa eorum differentias
35 ministret jus; si vero dicti fratres non possint convenire in Castellano confi-

[a] *Corretto* us [b] *Su raschiatura.*

dente, tunc illustrissima Domina nostra elligat quattuor aut quinque personas probas, fidas et dignas, ex quibus ipsi fratres elligant unam pro Castellano cum condicionibus et modis suprascriptis.

Illustrissima Domina nostra respondit, posteaquam audivit hoc partitum, quod sibi placebat, ut ita fieret. 5

Super supplicatione Leonardi de Sexto, conquerentis de Roberto et fratribus de Vicecomitibus et de eorum famulis, conclusum quod remittatur supplicatio ad d. Nicolaum de Fontana, delegatum super diferentiis predictis, cum commissione quod intelligat supplicata et comperiat veritatem et, deinde, opportune provideat. 10

Super supplicatione comitis Manfredi de Lando, conquerentis quod Commissarius et Potestas Placentię non decidunt causam, quam habet cum Francisco Baraterio, conclusum quod scribatur, ut decidant quo celerius fieri possit.

1479 die 8ª maii, de mane.

Congregatis infrascriptis Consiliariis, in loco Consilii, videlicet: 15

rev. d. Episcopo Comensi,
d. Palavicino,
d. Orpheo,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Petro Landriano, 20
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonetta

Francisco Ritio, cancellario. 25

Magnificus dominus Antonius Donatus, orator venetus, petiit licentiam a Consilio cum consuetis cerimoniis; deinde, ivit ad visitandum illustrissimum Principem nostrum et discessit domum, profecturus versus Venetias, hodie hora XXIª.

p 220 Ad supplicationem rev. d. Episcopi Comensis et affinium d. Johannis de Castilioni, nuper defuncti, fuit conclusum quod[a] ad Commissariatum Alexandrię et Terdonę, loco et scontro dicti domini Johannis, commissarii defuncti, fuit conclusum quod ad ipsum officium elligatur et sufficiatur Johannes Baptista de Castiliono, frater dicti domini Episcopi, attento quod dictus Johannes Baptista est optimus officialis et bene se gessit in omnibus officiis. 30 35

[a] *Parzialmente corretto.*

Eodem die, post prandium.

Congregatis suprascriptis Senatoribus ut supra, vocato etiam domino Ziliolo Oldoyno, ad consulendum.

Fuit conclusum quod Antonio de Georgiis, de Papia, fiat licentia in scrip-
5 tis portandi arma cum duobus de suis, commorantibus in domo sua; et hoc, pro defensione sua, propter inimicitiam quam habet cum illis qui interfici fecerunt unum de suis; et scribatur[a] Potestati Papię ut dictam licentiam observet, aliquibus cridis et ordinibus in contrarium non obstantibus, et, si quis murmuraverit, dicat esse factum propter respectum predictum, etc.

10 Super supplicatione Brande de Castiliono, filii quondam Johannis de Castiliono, mortui, commissarii Ultra Padum, fuit conclusum, rogantibus etiam rev. domino Episcopo Comensi et Johanne Baptista, eius fratre, quod dictus Branda exerceat officium predicti Commissariatus a die mortis paternę usque et per totum mensem junii proxime futuri; et littere Commissariatus
15 predicti concessę prefato Johanni Baptistę incipiant a calendis julii proxime futuri.

Die X[a] maii 1479, de mane.

Congregatis infrascriptis Senatoribus, ut supra, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
20 d. comite Petro de Verme,
d. Palavicino,
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Petro de Landriano,
25 d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonetta

Francisco Ritio, canzellario.

30 Fuit conclusum quod supplicatio Abrae, hebrei de Alexandria, conquerentis quod, ad istantiam Salomonis, molestatur ad revisionem duarum sententiarum conformium etc., remittatur dominis de Consilio Justicie, qui intelligant et providean, justicia mediante, ita ut non relinquatur locus justę querelę. p 221

[a] *Segue* dicto *cancellato.*

De Posterio salis Aiani et aliarum villarum, conclusum quod, pro Posterio presentis anni, ipsę Comunitates prestent patientiam et eligant ex nunc alium Posterium, pro anno futuro, ut eis videtur, modo Camera ducalis habeat debitum suum.

Eodem die, post prandium. 5

Congregatis omnibus suprascriptis Senatoribus et Secretariis.

Conclusum quod amplius non solvetur stipendium sociorum qui sunt in arce Novarum, nisi illustrissimi Domini nostri ponant ipsi socios[a] pro custodia dicte arcis.

Super supplicatione magnifici d. Sfortię Secundi, petentis castigari et puniri 10 Gallum de Meda et magistrum Andream Sellarium de quibusdam scriptis[b] infamatoriis porrectis contra presbyterum Johannem Mariam Del Magno, eius capellanum, fuit conclusum quod scribatur Capitaneo Justicię, ut predictos falsos infamatores puniat et castiget, ut meriti sunt ex dictis cedulis infamatoriis, procedendo summarie et expedite. 15

In causa Capitanei Justicie contra Gregorium de Rosate pro asserto matrimonio contracto cum Francisca de Sclavonia, vertenti coram Vicario Archiepiscopali Mediolani, fuit conclusum quod dictus dominus Vicarius committat uni arbitro causas suspitionum allegatarum pro parte dicti Gregorii contra dictum Vicarium, et, interim, supersedeatur in causa principali; et, si fuerit 20 declaratum legitimas esse suspitiones, Vicarius prestet patientiam et amittat appellationem; si fuerit declaratum non esse legitimas, procedat ad sententiam et dictus Gregorius et agentes pro eo protestentur, ex nunc, renuntiare dicte appellationi et non impetrare aliquod rescriptum pro dicta appellatione, nec uti impetrato. Et, sic, ambe partes una cum dicto Vicario recesserunt. 25

Item, fuit ordinatum quod suprascripta Francisca de Sclavonia removeatur de manibus Capitanei Justicię et ponatur in Porta Romana.

p 222 Fuit conclusum quod ille puer Laudensis, detentus hic in castello ad instantiam Mazeferratę, squadrerii balisteriorum, occasione[c] rerum furto ablatarum ipsi Mazeferratę in domo ipsius pueri, ubi hospitatus fuerat, conclusum fuit quod 30 postquam examinatus, etiam cum minis, dictus puer[d] inventus innocens a dicto furto, dimittatur in sua libertate.

Fuit mandatum Johannantonio de Parma, ducali familiari, quod acceptis a Petro Paulo de Fontana ducatis quinquaginta auri pro medicinis, faciat pacem cum ipso Petro Paulo, alioquin executioni mandentur littere scripte Po- 35

[a] socios *corretto su* sociis *rasch.* [b] *Su raschiatura.* [c] *Segue* occasione *espunto.* [d] *Parzialmente corretto.*

testati Castri Sancti Johannis, quod nisi dedisset securitatem de non offendendo infra certum terminum, bandizaretur ex toto Dominio; et ita fuit conclusum quod scribatur Potestati Castri Sancti Johannis.

Die XI maii 1479, de mane.

5 Congregatis infrascriptis Senatoribus, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
d. comite Petro de Verme,
d. Palavicino,
d. Petro Francisco Vicecomite,
10 d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Petro Landriano,
d. Ciccho Symonetta.

D. Johanne Symonetta
15 d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Simonetta

Alexandro Colletta, canzellario.

Conclusum circa differentiam vertentem inter d. Claram, relictam quondam comitis Leonori de La Pergola, et d. Beatricem, relictam quondam co-
20 mitis Angeli, filiam quondam suprascripti comitis Leonori, occasione alimentorum, relictorum in testamento per dictum comitem Leonorum, conclusum quod filii dicte domine Beatricis dent, singulo anno, dicte d. Clare florenos LXV, pro eorum parte, et quod res stabiliatur hoc modo et quod amplius non disputetur, etc.

25 Conclusum quod concedatur licentia d. Lodovico de Antinis eundi Parmam per dies XII, itu, mora et reditu computatis, ad effectum quod possit videre avam suam a qua sperat consequi nonnullas facultates antequam moriatur, remanentibus, tamen, hic uxore et filiis ac etiam socero ipsius domini Lodovici. p 223

30 Super litteris Vicepotestatis Vigleveni contra Johannem Antonium Ferrarium, dictum Zachetam, qui, noctis tempore, videtur insultum fecisse contra domum Georgii de Collis, jaciendo lapides per fenestras, etc. conclusum est quod scribatur ipsi Vicepotestati, ut ipsum Johannem Antonium personaliter detineat et jus contra eum ministret; et quia dictus Johannes Antonius est provi-
35 sionatus ducalis, pro detentione huiusmodi sua, idem Vicepotestas auxilium petat et favorem a Castellano dicte terre Vigleveni, si opus fuerit, ut juxta eius delicti qualitatem puniatur et corrigatur, justicia mediante.

1479 die XI maii, post prandium.

Congregatis suprascriptis, cum interventu etiam magnifici d. Sfortię Secundi.

Fuerunt omnes, una cum Oratoribus illustrissimi domini Ducis Austrie, ad illustrissimam dominam nostram, dominam Ducissam Mediolani etc., coram cuius Excellentia lectus fuit tenor instrumenti lige contracte inter prefatos Oratores, nomine Principis sui, et Excellentiam illustrissime domine Ducisse et ita stipulatum, etc.

Die vero XIII, de mane.

Congregatis Senatoribus infrascriptis, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
d. comite Petro de Verme,
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino,
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Petro Landriano,
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco
d. Johanne Jacobo Symonetta
} secretariis.

Francisco Ritio, canzellario.

p 224 Fuit conclusum quod in causa domini Margaritte Malette cum generis suis occasione Campalestri, domini de Consilio Secreto et de Consilio Justicię simul, remotis suspectis, eligant tres doctores non suspectos de utroque Consilio, quibus comittant dictam causam etc.

Die XIII maii, post prandium 1479.

Congregatis antescriptis omnibus.

Conclusum super supplicatione Baptiste de Cigatis, civis Novarie, petentis posse repatriare, quia elapsi sunt multi menses quod stetit absens propter nonnulla furta per eum commissa, pro quibus remansit in accordio cum illo, cuius fuerant res furate; conclusum, videlicet, quod fiat remissio banni, attenta paupertate dicti supplicantis, onere filiorum et accordio facto etc.

Conclusum quod Franciscus de Rippa, alias castellanus Castri Curte Corsicę, qui habet tres fratres, deputetur pro castellano Clavenę [70].

Conclusum super quęrimonia Castellani Uvade, conquerentis quod non dentur sibi nisi novem paghe, in anno, quod provideatur et dentur sibi paghe
5 XI; et ita commissum fuit Bartholomeo Chalco.

Super supplicatione Jacobini de La Cruce [a], falconerii, petentis quod possit satisfieri a Palamede Carpano de nonnullis melioramentis, quae habebat super quadam domo in Mediolano et vendidit eidem Palamedi, conclusum quod Capitaneus mittat pro ipso et non dimittat illum, nisi satisfecerit de ipsis melio-
10 ramentis, aut restituat etc.

Conclusum est circa licentiam, petitam per Gibertum Tercium de eundo ad Amphytrionem, qui est cum Domino Forlivii, ut concedatur ipsa licentia dicto Giberto, attento maxime quod est obligatus jure militari dicto Amphitrioni; et hoc, aliqua inhibitione non obstante.

15 Ad supplicationem domini Caroli de Flisco, petentis sibi relaxari et dari ducatos quinquaginta super sale Castilionis, pro una vice tantum, pro restauro intratarum suarum perditarum, impreterito, etc., fuit conclusum quod dentur dicti L[ta] ducatorum, ut alias fuit conclusum.

Conclusum etiam quod d. Johannes Leonardus, filius Johannis Antonii
20 de Mainardis, elapsis sex diebus, possit ire Papiam, pro continuando studio suo.

Die XIIII° maii, 1479, de mane. p 225

Congregatis infrascriptis, videlicet:

d. Episcopo Comensi,
d. comite Petro de Verme,
25 d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino,
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Petro de Landriano,
30 d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Simonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonetta

Alexandro Colletta, cancellario.

35 [a] *Nel testo il segno di croce.*

70. Il 29 maggio seguente i nobiluomini Francesco e Giacomo fratelli de Rippa furono nominati Castellani di Chiavenna. Furono poi confermati « ad beneplacitum ». Nel 1495, Giacomo sarà ancora riconfermato, dopo la morte del fratello.

Auditi fuerunt domini Prothonotarius[a] de Cusano, agens nomine dominę Margaritte Malette, et Aloysius de Castiliono, cum eius advocatis; et, tandem, post multas disseptationes, conclusum quod accipiantur supplicationes utriusque partis et mittantur ad utrumque Consilium cum commissione quod, remotis suspectis, et qui ex ordine removendi sunt, provideant, prout eis conveniens visum furit. 5

In re Laurentii de Reate commissum fuit oretenus Vicario provisionum Mediolani, commissario inter ipsum et Galvanum de Cantellis, quod, ellapso termino statuto Galvano ipsi, propter absentiam d. Lodovici de Antino, procedet ad expeditionem causę. 10

Postea, dimisso ipso Vicario, commissum fuit Alexandro Collettę quod committat sibi quod hoc medio faciat deponere fructus, etc.

Eodem die, post prandium.

Congregatis suprascriptis, excepto d. Petro de Landriano.

Conclusum quod caballaria Uvadę detur Potestati, finito tempore concessionis presentis militis filii Castellani Uvadę. 15

Item, conclusum quod, ad instantiam Aloysii Cagnole, confirmetur officium[b] salis Venetiis Catallanuo de Dugnano, sive[a] nepotibus suis, post tempus concessionis per annos quattuor, dummodo ipse subveniat gratis de ducatis Vc., per annum unum cum dimidio. 20

p 226 Conclusum quod scribatur d. Francisco Guascono[71], ne amplius det dilationes illis scholaribus, sed, cum informationibus, quas habuerit, huc redeat.

In causa illorum de Raude cum Ordinariis Ecclesie Maioris Mediolani, conclusum quod committatur Consilio Secreto, cum commissione quod habeant partes, presentibus etiam illis tribus Consiliariis qui sunt commissarii in causa, et eas intelligant et, deinde, illam accomodent provisionem, quę eis expediens visa fuerit, ita ut utraque pars contentari merito habeat. 25

Circa relationem Magistrorum Extraordinariorum pro facto Francisci Malette, qui petit posse extrahere aquam ex Navigio Magno, juxta privilegium suum, conclusum quod rescribatur suprascriptis Magistris in hunc modum, videlicet: quod duo ex ipsis Magistris, una cum duobus Ingeniariis, accedant et videant oculis quid possit fieri, sine preiuditio Navigii, sive Camerę, et, deinde, referant sicuti repererint una cum eorum apparere. 30

[a] *Parzialmente corretto.* [b] *Precede* officiis *cancellato.*

71. Francesco de Guasconibus, diventerà vicario Generale, al tempo di Ludovico il Moro (1480). 35

1479 die XV maii, de mane.

Congregatis infrascriptis Senatoribus, in loco Consilii, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
d. comite Petro de Verme,
5 d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino,
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Petro Landriano,
10 d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonetta

Francisco Ritio, cancellario.

15 Super supplicatione rev. d. Episcopi Parmensis, petentis dari sibi exemplum autenticum quorundam litterarum, emannatarum Commissario Brixilli de anno 1474, quod satisfieri faceret de bonis quondam d. Antonii de Corrigia, episcopo Parmę, pro ficto centum ducatorum, fuit conclusum quod dictum exemplum daretur, ne fraudetur ecclesia; et, ita, mandarunt michi Francisco Ritio, 20 ducali canzellario, ut darem dictum exemplum.

Eodem die, post prandium. p 227

Conclusum quod hominibus Somvici respondeatur ad petitionem remittendi census, pro annis VIII, ut redeant in fine anni.

Item, quod littere directive Capitaneo Lugani in causa Sonvici et Lugani 25 emanate juxta relationem Magistrorum Intratarum, reficiantur patentes, ut stent apud se[72].

Lectis litteris d. Francisci de Guasconibus de Florentia missi Papiam, propter discordias scholasticas, et scribentis pacem esse factam inter scholares Francigenas et alios etc., et quod ad satisfactionem honoris Regis Francię erat ne- 30 cessarium quod fieret proclama quod nemo audeat obloqui de Majestate prefati d. Regis, fuit conclusum et scriptum ipsi d. Francisco et Commissario Papie quod fieri faciant proclama tenoris infrascripti videlicet:

72. Teneva l'ufficio del Capitaneato di Lugano Aloisio Orrigoni, nominatovi il 10 febbraio 1474.

«Li illustrissimi principi et excellentissimi signori nostri, madonna Bona et signore Johangaleaz, duchessa et duca de Milano, essendogli alli dì passati per certi scholari Francesi referto che in scholastiche controversie et rixe era stato sparlato della serenissima Maestà del christianissimo signore Re de Franza ne presero singulare disciplicentia, como quelli che sonno devotissimi et observantissimi fioli del prefato signore Re, sì per essergli coniuncti de sangue, sì per li grandi et immortali beneficii receputi da sua Maestà; et comandereno sue Excellentie che tali temerarii sparlatori fossero puniti el che non si è facto per non essersi trovato fondamento de tale querela; hora sue Signorie per meglio declarare la sua devotione verso prefato Re, et ad ciò che nel suo Dominio sia el nome regio Francese observato, honorato et timuto universalmente, fanno fare banno et publico comandamento che da hora inanti non sia alcuno subdito di sue Excellentie, nè habitante, o commorante in lo suo Dominio, de quale condicione et grado essere si voglia, che ardisca, nè presuma dire alcuna sinistra, indigna o vergognosa parola contra et in offensione o dispregio della Maestà del prefato christianissimo signore Re de Franza, ma tutti debbano haverlo in summa et singulare observanza, como l'hanno li prefati excellentissimi Signori nostri, et parlare de sua Maestà con quella dignità et reverentia che merita la grandeza, gloria et splendore suo, sotto pena de la forcha; la quale pena serà contra caduno inobediente et chi contrafarà ad questa ordinatione de sue illustrissime Signorie irremissibelmente exequita».

Super supplicatione filiorum d. Lucie de Castiliono, petentium ordinationem factam per dominos de Consilio Secreto in causa, quam habent cum d. Rosana de Castiliono, non impediri per suspensionem generalem factam de causis domini Brande de Castiliono, fuit conclusum quod, non obstantibus litteris concessis d. Brande de dicta suspensione, dominus Potestas Mediolani, seu eius Vicarius, exequatur in dicta causa quantum per dominos de Consilio Secreto ordinatum fuerit litteris, ducali nomine, ipsi Vicario scriptis, quia dicte littere concesse dicto d. Brandę non extendunt se ad istam causam, que prius fuerat remissa ad dominos de Consilio Secreto; et fuit vocatus Vicarius Potestatis predicti et ei fuit declaratum et mandatum ut supra continetur.

1479 die 17 maii, de mane

Congregatis Senatoribus infrascriptis, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
d. comite Petro de Verme,
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo Trivultio,

d. Petro Landriano,
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
5 d. Johanne Jacobo Symonetta

Francisco Ritio, cancellario.

Dominus Franciscus de Guasconibus rettulit quicquid factum fuerit per eum in civitate Papię circa pacem conclusam inter scholares; et dixit esset bonum quod scribatur Commissario Papię quod, si qui ex suis intervenerunt p 229
10 controversiis, puniantur, et presertim ex birris et infimis personis[a].

Nuncius Marchionis Finarii exposuit malos et inimicos modos, quos servat Dux Janue cum dicto Marchione et quod vult arcem Nolarum, nec vult satisfacere ipsi Marchioni de expensis factis in dicta arce, petens fieri provisionem ut quiete vivere possit; fuit dimissus[b] cum responsione quod consultabitur
15 super hac re et respondebitur.

Cancellarius domini Galeoti de Faventia petiit residuum sui stipendi; responsum quod hodie consultabitur.

Fuit responsum Danieli Butighielle ad ea que exposuit, nomine Ducis Januę, circa rem Marchionatus Finizani in quo pretendunt jura comites Marsilius et
20 fratres de Torellis, in hunc modum, videlicet: quod Orator florentinus respondit quod excelsa Dominatio Florentina tenet illum Marchionatum pro suo, multis juribus et rationibus, et, tamen, contentatur respondere de jure in quocumque loco non suspecto; ideo, Principes nostri nesciunt quam aliam possint in hac re adhibere provisionem et hortantur dictum Ducem ut supersedeat
25 in hac re, donec pax fiat; quia Principes nostri, facta pace, favebunt causę ipsius Ducis et comitum de Torellis per viam juridicam, hortando ipsum Ducem ad bene vivendum erga Florentinos, quia, si res eorum offenderentur, ab eo essent etiam offensi Principes nostri, a quibus tot recepit beneficia etc.

Super supplicatione Juliani de Senis de Parma, conquerentis de quodam
30 suo computo saldato et quod nunc ducitur in controversia, fuit conclusum quod scribatur Referendario Parmę, ut, intellecta supplicationis continentia, non faciat rem indebitam ipsi supplicanti, sed solum justicia habeat locum, et non permittat quod aliqua pars possit juste conqueri, expediendo, cum omni possibili celeritate, ne res ista fiat immortalis.

35 [a] *Segue l'inizio del capoverso seguente, cancellato.* [b] *Corretto su* dimisso

Eodem die, post prandium.

Congregatis suprascriptis Senatoribus.

p 230 Responsum fuit Nuncio Marchionis Finarii quod circa expensas factas in arce Nolarum habeat circonspitionem necessariam et moderet eas; deinde, faciat sibi de illis satisfieri a Duce Janue et ei restituat dictam arcem; et scribatur dicto Duci quod bene vivat cum dicto Marchione. Petiit, deinde, dictus Nuncius dari et fieri[a] aliquam provisionem ipsi Marchioni, aliter erit necesse quod sibi provideat aliunde, etc.; fuit responsum quod notificebitur[b] illustrissime Domine nostre.

Fuit conclusum quod concedatur Universitati Hebreorum littere patentes, juxta eorum supplicationem justificatam circa falsas infamias, que eis dentur de sanguine humano etc.

1479 die XVIII[a] maii, de mane.

Congregatis:

d. Episcopo Comensi et
d. comite Petro de Verme,
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino,
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Petro Landriano.

D. Cicho Simonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.

Francisco Ritio, cancellario.

Fuit dictum Marcho Trotto quod referat dominis del Consilio Secreto, ut circa causam domini Zilioli pro illis libris faciant eam provisionem, que eis videbitur opportuna.

Similiter, quod committant cui voluerint cognitionem illius Presbyteri de Aliprandis detenti in Modoetia, propter suspicionem crucis furto subtracte in ecclesia Modoetie.

Item, quod in facto domini Melchionis de Storionibus non faciant commissiones, quousque huc redierit.

[a] *Nel testo* fieria [b] *Corretto su* notifiet

In causa vertente inter Lucam Crottum et homines Bulgari, pro qua [a] vocatus fuit d. Johannes Aloysius Bossius, tanquam dominus dicti loci Bulgari, conclusum quod suprascripti homines habeant terminum per totum presentem mensem ad instruendum d. Ambrosium Aliprandum, subrogatum in loco d. Brande de Castiliono, absentis et advocati eorum; postea quod, nonobstante aliqua suspensione causarum domini Brande, procedatur.

p 231

Conclusum quod, posteaquam comes Galeotus de Lugo mortuus est, stipendium suum dividatur hoc modo, videlicet: dentur equi sex comiti Albrico, eius fratri, in taxis [b], et [b] habeat stipendium tanquam armiger; reliqui quatuor dentur Baptiste, filio d. Guidonis Vicecomitis, cum stipendio pro famulo armorum.

Die suprascripta, post prandium.

Congregatis iisdem Senatoribus, ut supra.

Super supplicatione Johannis Leonardi Crivelli, conquerentis de molestia que sibi fit, occasione domus cuiusdam, alias sibi in solutum date per Cameram, ad extinctionem crediti sui etc., conclusum quod d. Scipio Barbavaria, tanquam instructus quando erat ex Magistris Intratarum Extraordinariarum, expediat hanc causam, faciendo jus.

Francisca Sclavona, asserta uxor Gregorii de Rosate, admissa fuit et audita; et interrogata, sub sacramento ei lato per me Alexandrum Collettam, in forma valida si est legitima uxor dicti Gregorii et quomodo est sua uxor, respondit quod sic, et ei promisit, ac eam desponsavit in presentia plurium testium.

Super supplicatione syndicorum Monasterii Sancti Francisci Mediolani [73], petentium exemptionem nonnullorum bonorum relictorum ipsi Conventui, conclusum quod Magistri Intratarum inteligant et, deinde, referant quid fieri possit in hac re, advertendo ad preiudicium Camere et jurium tercii. Similiter, conclusum super supplicatione Ministri et pauperum Hospitalis Sancti Lazari placentini, petentium exemptionem nonnullorum, qui se dedicarunt dicto Hospitali, quod Magistri intelligant et referant et ut supra.

[a] *Su raschiatura.* [b] *Parzialmente corretto.*

73. Monastero detto di S. Francesco Grande (sull'attuale piazza S. Ambrogio).

p 232

1479 die XVIIII° maii, de mane.

Congregatis infrascriptis, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
d. comite Petro de Verme[a],
d. Petro Francisco Vicecomite, 5
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Petro de Landriano,
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis. 10
d. Johanne Jacopo Symonetta

Alexandro Colletta, canzellario.

Super supplicatione Johannis Rodulfi de Vincemala, conquerentis de quodam Johanne Petro de Vicomercato quod non vult dare libros computorum 15 quondam comitis Gasparis etc., conclusum quod mittatur pro ipso Johanne Petro et precipiatur quod, sine mora, consignet eiusmodi libros, providendo in modum quod non possit transfugare eos.

Die XX[a] suprascripti, post prandium.

Congregatis suprascriptis. 20

Super supplicatione Petri Bossii, conquerentis quod Magistri arctent ipsum ad solutionem dacii vini, quod venditur apud domum suam, quę est in Corporibus Sanctorum Mediolani, conclusum quod d. Magistri provideant quod hic supplicans non sit deterioris condicionis quo ad supplicata quam sint qui sunt in simili gradu, videlicet, qui habent domos in Corporibus Sanctorum Medio- 25 lani; et ita volunt illustrissimi Domini nostri quod fiat.

[a] *Parzialmente corretto.*

Die XXI[a] maii, de mane.

Congregatis infrascriptis Senatoribus, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
d. comite Petro de Verme,
5 d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino,
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Petro de Landriano,
10 d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacopo Symonetta

Alexandro Colletta, canzellario.

15 Super supplicatione Paulini de Pissina, conquerentis de quodam teste per Capitaneum Justicię Mediolani etc., conclusum quod remittatur supplicatio ad Consilium Justicię, cum commissione quod, habita informatione a Vicario dicti Capitanei et auditis partibus, provideant prout eis videbitur et conveniens fuerit. p 223

Super supplicatione Catherinę de L'Acqua et filiorum, ducalium armige-
20 rorum, conclusum quod mittatur ad Consilium Secretum, cum commissione quod circa supplicata provideant, ita ut neutrę partium fiat iniuria.

Super supplicatione Jacobi et Petri, fratrum, filiorum Zanis Petaroni, Domusossulę, petentium remissionem de bonis patris sui, qui comisit homicidium in personam quondam Jacobi Albertini de Cantono, conclusum quod
25 fiat remissio, dignis respectibus.

Super supplicatione pupillorum filiorum quondam Francisci et Hieronymi, fratrum de Pezancris, conquerentium quod arctentur ad solutionem nonnullorum denariorum, occasione inquinti contra formam conventionis, alias factę per defunctos predictos cum Referendario Placentię, conclusum quod Magi-
30 stri Intratarum referant causam quare non exequantur dictam conventionem.

In facto Galvani Cantelli cum Laurentio de Reate, fuit conclusum quod vocato Laurentio huc, revocetur suspensio causę et sequestratio fructuum et permittatur jus ministrari, nec fiat in hoc Consilio aliquid amplius in hac re.

Super supplicatione Jacobi Filippi[a] de Bernazone de Parma pro facto illius
35 equi Francisci de Prato, fuit conclusum quod scribatur Commissario Parmę quod, re bene intellecta, faciat jus, ita quod supplicans juste conqueri non possit.

[a] *Parzialmente corretto.*

p 234

Eodem die, post prandium.

Congregatis infrascriptis, videlicet:

d. comite Petro de Verme,
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Orpheo de Richavo, 5
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Petro Landriano,
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Simonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis. 10
d. Johanne ‹Jacobo› Simonetta

Francisco Ritio, cancellario.

In causa Cantorie Alexandrię, auditis d. Laurentio de Fileto et eius procuratore, parte una, ac etiam domino Petro Andrea Inviciato, pro fratre suo, parte altera, fuit conclusum quod, aut dictus d. Laurentius observet composi- 15 tionem inter eos factam cum additione facta per litteras ducales, diebus superioribus, super dicta compositione emannatas, aut, si noluerit dictus d. Laurentius observare[a], manuteneatur in possessione dictus d. Petrus Andreas pro fratre suo, seu agens pro eo; deinde ipse d. Laurentius prosequatur agere super petitorio[b] et utatur juribus suis, que pretendit habere in dicta Cantoria. 20

Super litteris Carocii Spinolę, potestatis Alexandrię, circa excessum alias commissum per nonnullos homines Facini Tanzii, conclusum quod, si debito satisfecit, sicuti commissum fuit, Facino, non debeant amplius illum molestare, sed faciant cassare processum.

1479 die XXII, post prandium. 25

Congregatis infrascriptis, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
d. comite Petro de Verme,
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino, 30
d. Orpheo,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,

[a] ob *aggiunto nell'interlineo.* [b] *Parzialmente corretto.*

d. Petro de Landriano,
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
5 d. Johanne Jacobo Symonetta

Alexandro Colletta, cancellario.

Super supplicatione Francisci Pelegrini de Cumis, conquerentis quod Commissarius Comi coegit nonnulla Comunia ad eligendum Plebanum contra solitum et ordines etc., conclusum quod scribatur eidem Commissario quod 10 advertat ad non prevaricandum ordines et quod de novo fiat electio Plebani, secundum voluntatem omnium ipsorum Comunium. p 235

Die XXIII maii 1479, de mane.

Congregatis infrascriptis, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
15 d. comite Petro de Verme,
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino,
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
20 d. Petro Landriano,
d. Cicho Symonetta.

D. Bartholomeo Chalco
d. Johanne[a] Symonetta } secretariis.

Dominus Galeaz de Ponzana, terdonensis, supplicavit ut liceat mittere fra-25 trem suum Ferrariam ad studendum, cum filio domini Hibletti et quod ipse dominus Galeaz possit ire ad Judicatum sive Vicariatum Salę Inferioris Januę; cui fuit responsum quod, licet non sit conveniens quod subditi illustrissimorum Principum nostrorum sint ad servicia rebellium et inimicorum suarum Excellentiarum, tamen, ut ei complaceatur, Principes nostri sunt contenti ut eius 30 fratrer vadat Ferrariam, cum filio domini Hibleti et cum eo maneat Ferrarie tantum; sed ipse nullo pacto presumat acceptare dictum officium a domino Hibletto, neque ire ad dictum officium, neque comercium ullum habere cum predicto domino Hibletto. In causa Palavicinorum, fuit conclusum quod fiat

[a] *Segue* Jacobo *espunto.*

prorogatio litterarum commissionis facte Doctoribus Consilii Secreti, per dies duodecim a primo termino etc.

p 236

Eodem die, post prandium.

Congregatis Senatoribus antescriptis.

Fuit lecta minuta litterarum ordinatarum domino Potestati Mediolani pro facto Dominici de Busnago, quę fuit comprobata, et mandatum ut expediatur. 5

Item, fuit conclusum quod Johannes Antonius de Belcredo finiat officium suum Potestarie Arenę, quod durat etiam sex menses; quo finito, stabit ad sindicatum; et ita fuit commissum expediri litteras.

Item, fuit conclusum quod Raynaldus Fiambertus, attenta eius miseria, et quod in carceribus marcescit, nec potest satisfacere ducali Camere ex nunc liberetur ab omni debito quod habet cum prefata Camera, cum hoc quod de presenti solvat illustrissimis Principibus nostris, vel eorum Camerę, libras imperialium quattuormille; et ita fuit commissum Johanni Botte quod exequatur, ne, pro debitis Camerę, dictus Raynaldus marcescat in carceribus. 10 15

Super supplicatione Ursoline, filie quondam Andreę de Cantuciis et uxoris Michaelis de Albertesiis, pro causa, quam habet cum Matheo de Lalatta, conclusum quod remittatur ad Consilium Justicię, cum commissione quod, habitis partibus, provideant quod neutri partium fiat iniuria. Ad supplicationem Gasparis de Cavirano, fuit conclusum quod scribatur Commissario Parmę, ut exigi faciat debitores Comunitatis, cum omni favore et sollicitudine possibili, ita quod detur licentia Jacobo de Plaza eundi Parmam pro uno mense, itu, mora et reditu computatis. 20

Item, fuit conclusum quod scribatur predicto Commissario, ut cogat Thexaurarium Parmę ad exhibendum integre reliquum XLm. librarum in usum fabrice fortiliciorum, sine aliqua retentione capitum soldorum, quia non est honestum quod de denariis deputatis in utilitatem Status Ducalis, ipse Thesaurarius retineat capita soldorum; et, habita integra satisfactione dictorum XLm. librarum, ipse Commissarius quietet Comunitati, juxta commissionem ei factam. 25 30

1479 die XXIIII[a] maii, de mane.

Congregatis Senatoribus infrascriptis, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
d. comite Petro de Verme,
d. Petro Francisco Vicecomite, 35
d. Palavicino,
d. Orpheo de Richavo,

d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Petro Landriano,
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta
5 d. Bartholomeo Chalco — secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonetta

Francisco Ritio, cancellario. p 237

Fuit auditus dominus Antonius de Berceto, qui conquestus est quod ei non est integre satisfactum de quingentis ducatis mutuo datis Principibus nostris,
10 neque de andata sua, de qua fit longissima assignatio.

Venit magnificus Hieronymus Morellus, orator florentinus, et legi fecit litteras[a] Decemvirum Balie Florentie, continentes qualiter comes Carolus de Montono et Deyphoebus de L'Anguillaria fecerunt incursionem in Senensem et predati sunt multa.

15 Item, quod Gentes de Romaniola, die sequenti, videlicet XXII aut XXIII presentis mensis, expectabantur in Thuscia.

Item, quod ipse Orator, exhortaretur Principes nostros ad providendum de CLta armigeris pro obstaculo d. Roberti etc., et Domini Florentini dimittent totidem de suis, videlicet, d. Marcum de Carpi et d. Jacobum de Saxetta
20 et Cesarem de Pisauro; cui fuit responsum quod fiet consultatio super predictis, deinde respondebitur et providebitur.

Fuit conclusum quod scribatur Commissario Cremone, respondendo suis litteris quod libere faciat officium, et Potestas non habet illum impedire; et ita scribatur Potestati Cremonę quod ipsum Commissarium honoret et non impe-
25 diat eius officium, nec etiam se intromittat pro armigeris, quia hoc spectat ad Commissarium.

Eodem die, post prandium.

Çongregatis suprascriptis[b], ut supra.

Alexandro Colletta, cancellario.

30 Auditi fuerunt domini Johannes Bottus, Johannes Advocatus et Johannes de Cusano et, item d. Matheus de Curte, magister Johannes Antonius Bassinus et Melchion de Mediisbarbis super diferentia, que vertitur inter dictum Melchionem et Johannem Franciscum Filipertum, sive Cameram; et, tandem, post multa verba et disceptationes, conclusum fuit quod dictus Melchion, intra p 238

35 [a] *Corretto su* litteram [b] *Su raschiatura.*

octo dies, dare teneatur tot veros debitores, qui ascendant ad eam summam, de qua ipse debitor est Camerę, occasione Caneparie salis Papie, et huiusmodi debitores sint maturi, et exclusive debeant solvere usque ad calendas augusti proxime futuras, et, ulterius, intra idem tempus, teneatur idonee fideiubere de libris IIIIm.; quod suprascripti debitores erunt veri et boni et exigibiles debitores. Quo facto, hoc medio tempore d. Johannes Bottus, Johannes de Cusano et Antonius de Landriano, thexaurarius, videant componere diferentiam, que est inter dictum Melchionem et Johannem Franciscum sive Cameram, occasione salis venditi per dictum Melchionem ad credentiam.

Hec ultima conclusio facta fuit presentibus suprascriptis Senatoribus, excepto d. Episcopo Comi et presente Johanne Advocato, die XXV post prandium, que ultima conclusio incipit: « et hoc medio tempore », etc.

Super supplicatione Caroli de Cremona conquerentis de quodam Hieronymo Tocho, qui claudit et impedit aquam possessionis sue Sancti Marci, conclusum quod scribatur Potestati Vigleveni quod precipiat ipsi Hieronymo quod non impediat dictam aquam, nec turbet Carolum predictum de facto, nec agat via juris etc.

Super supplicatione d. Johannis[a] Antonii de Ferrariis legumscholaris[b] conquerentis de nonnullis Hebreis, qui nolunt restituere nonnullos libros eis impignoratos, conclusum quod scribatur Potestati Papie, mittendo supplicationem et committendo quod faciat jus.

1479 die XXV maii, de mane.

Congregatis infrascriptis Senatoribus, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
d. comite Petro de Verme,
d. Petro Francisco Vicecomite.
d. Palavicino,
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo Trivultio,
d. Petro Landriano,
d. Ciccho Symonetta.

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco
d. Johanne Jacobo Symonetta
} secretariis.

Alexandro Colletta, canzellario.

[a] *Parzialmente corretto.* [b] *Su raschiatura.*

Super supplicatione Jacobini de Olzate, petentis quod Margarita, eius nurus, p 239
cogatur redire Taurinum ad standum cum marito, conclusum quod mittatur
supplicatio ad Vicarium Archiepiscopi Mediolani, cum commissione quod
faciat et provideat, prout ei justum videbitur et secundum casus exigentiam,
5 cum hac additione quod, si opus fuerit brachio seculari ad hoc exequen-
dum, adviset, quod dabitur.

Die XXV maii, post prandium.

Congregatis omnibus suprascriptis, excepto d. Episcopo Comensi

Super supplicatis per d. Rosanam, uxorem domini Francisci de Castiliono,
10 conquerentis de revocatione suspensionis cause, quam habet cum d. Lucia de
Judicibus, conclusum quod mittatur supplicatio ad Consilium Secretum, cum
commissione quod intelligant et provideant, prout eis videbitur.

Vocati fuerunt magnificus d. Raymondus Lupus, d. Prepositus Trinitatis
Mediolani, d. Gabriel Stampa, item, frater Stephanus de Polyano, frater Jo-
15 hannes de Modoetia, frater Matheus de Olevano, Tercii Ordinis, item Johannes
Rodolfus Vincemala et Laurentius de Vicomercato et auditi fuerunt, presen-
tibus etiam magnificis d. Luca Grimaldo, Gerardo Collo et Jacobo de Cusano,
circa diferentiam vertentem inter Fratres Tercii Ordinis et nonnullos nobiles
Mediolanenses, deputatos Scholę Caritatis Mediolani; et, demum, auditis hinc
20 inde et maxime domino Raimondo Lupo, qui, tamquam alias deputatus com-
missarius circa compositionem huiusmodi diferentie, narravit seriem totam
rei succincte, post multas disceptationes, conclusum quod partes debeant stare
transactioni alias inter eas factę; et, item, preceptum fuit suprascriptis Fratri-
bus Tercii Ordinis quod non audeant impetrare aliquod rescriptum circa hanc
25 causam; immo, si impetraverint, quod fuisset contra ordines, debeant infra
terminum unius mensis facere revocare, aliter fiet contra illos executio inobe-
dientię.

Ad supplicationem domini Raynerii de Sabaudia, petentis prorogari tem-
pus cridarum in facto possessionis Cacialeporę, fuit ordinatum quod consulatur
30 Consilium Secretum, attentis duabus dispensationibus allegatis per dictum do-
minum Raynerium.

Ad supplicationem Galvani Cantelli, petentis removeri sequestrum fructuum p 240
contra eum factum in causa, quam habet cum Laurentio de Reate, fuit con-
clusum quod mandetur Vicario provisionis quod, acceptis fideiussionibus ido-
35 neis pro dictis fructibus in causa restitutionis, removeat et relevari faciat dictum
sequestrum, ac causam ipsam per justiciam terminet, sine aliqua dillatione et
quo celerius fieri potest.

1479 die XXVI maii, de mane.

Congregatis infrascriptis Senatoribus, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
d. comite Petro de Verme,
d. Petro Francisco Vicecomite, 5
d. Palavicino,
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo Trivultio,
d. Petro Landriano,
d. Cicho Symonetta. 10

D. Johanne Symonetta } secretariis.
d. Bartholomeo Chalco }

Filippo Ferrufino, cancellario.

Ordinatum fuit quod supplicatio Henrici de Hispania, mercatoris Gebennarum, item, alia supplicatio Johannis de Fernai, mercatoris Gebennarum, per 15 quas asserunt se esse creditores Francisci et fratrum de Beaquis de bona summa pecuniarum, mittantur Abbatibus mercatorum Mediolani, quibus dicatur quod id faciant quod juris fuerit.

Conclusio facta coram magnifico d. Hieronymo Morello, oratore florentino, circa subsidium relinquendum in partibus Lunensis, hoc modo, videlicet: 20

Zentedarme se hanno ad lassare in Lunisana:

d. Jacomo de La Saxetta	hominidarme	40,
Cesare da Pesaro		10,
Francisco da Cellano		30,
Ruffino Miraldo		30,
d. Johanne Quirico		25,
El fiolo de Antonello Dal Borgo		25
		160.

25

Item, la compagnia de messer Johanne Bentivoglii gli staghi per XXti dì, 30 finch'el signore Johanne Conte gli vadi con la compagnia. p 241

Li illustrissimi signori Duchi de Milano gli lassaranno IIm. fanti, quali gli sonno al presente, et li excelsi Signori Fiorentini gli mantenghino d. Pietro Andrea corso et Alfonsio con octocento boni fanti, quali se possino operare.

Ad supplicationem comitis Lodovici de Valeriis de Parma, conclusum fuit quod ei prorogetur tempus et terminus standi Parme, per dies quindecim, pro aptandis rebus suis.

In causa presbyteri Thome de Crivellis, incarcerati, fuit conclusum quod
5 fiat suspensio dicte causę quousque dictus presbyter Thomas fuerit detentus[a].

Eodem die, post prandium.

Congregatis suprascriptis Senatoribus, ut supra.

Francisco Ricio, canzellario.

Supplicatio domini Jacobi ex Comitibus Gambaranę, petentis dari sibi fi-
10 deiussionem de non offendendo a Francisco de Gambarana, detento per d. Capitaneaum Justicię Mediolani, occasione armorum etc., remittatur d. Capitaneo predicto.

Audito Phylippo Vicecomite, qui negavit posse facere pacem cum illis de Bardis, quia eius filii nolunt, fuit commissum Phylippo Ferrufino quod
15 vadat ad Vicarium Archiepiscopalem Mediolani et ei dicat quod inter dictas partes jus ministret et, similiter, dicat Capitaneo Justicię.

Magnificus d. Johannes Lodovicus, eques ex Marchionibus Palavicinis, ducalis consiliarius, comparuit personaliter et exhibuit ac produxit quendam quinternium scriptum, in quo dixit esse responsionem et protestationem responsivam
20 protestationi facte, diebus superioribus, per dominum Palavicinum; et ita protestatus est, ut in ipsis scriptis continetur, presentibus d. Jacobo Antiquario, Alexandro Colletta, ser Johanne de Belinzona et me Francisco Ritio, ducalibus cancellariis et testibus; de qua presentatione rogavit per me Franciscum Ritium, notarium etc., auctenticum notari instrumentum.

25 Fuit conclusum quod ex parte illustrissime Domine nostre mandetur do- p 242 minis Doctoribus de Consilio Secreto quod in causa d. Johannis Lodovici et Palavicini, fratrum ex Marchionibus Palavicinis, supersedeant donec aliud dicatur.

Die XXVII maii 1479, in mane.

30 Congregatis Senatoribus infrascriptis, videlicet:

rev. d. Episcopo Comi,
d. comite Petro de Verme,
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino,
35 d. Cicho Symonetta,

[a] *Segue* eodem die *cancellato.*

d. Johanne Jacobo Trivultio,
d. Orpheo de Richavo,
d. Petro Landriano.

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis. 5
d. Johanne Jacobo Symonetta

Filippo Ferrufino, cancellario.

Admissus fuit Franciscus de Beaquis, requirens quod si aliquis pretendentes se esse creditores ipsius Francisci et fratrum porrigerent aliquas supplicationes, mittantur ipse supplicationes judicibus suis ordinariis, videlicet: ille quę spectant Abbatibus mercatorum Mediolani mittantur eis, et que spectant Potestati Mediolani mittantur ei. Super qua requisitione, ordinatum fuit quod omnes huiusmodi supplicationes mittantur Abbatibus mercatorum Mediolani, cum hac commissione quod ipsi dirigant ipsas supplicationes quibus de jure et secundum ordines debent dirigi, videlicet: illę, quę cognosci mereantur ab ipsis Abbatibus, ipsi eas cognoscant; ille, autem, que ab aliis judicibus cognosci mereantur ipsi Abbates eis dirigant. 10 15

Conclusum quod assignatio facta per d. Ugonem de Sancto Severino Hieronymo de Rippa super intratis Pandini approbetur et per litteras ducales patentes convalidetur, dando sibi actionem in forma Camere etc. 20

Eodem die, post prandium.

Congregatis suprascriptis, excepto d. Petro Landriano.

Filippo Ferrufino, cancellario.

p 243 Super petitione, seu supplicatione illustrissimorum d. Phylippi et fratrum de Sabaudia in causa possessionis Cacialeporę ordinatum fuit quod detur supplicatio dominis de Consilio Secreto, quibus dicatur quod, semotis magnificis d. Raymondo[a] Lupo et Augustino Rubeo, participent de hac re cum magnificis dominis de Consilio Justicię et Magistris Extraordinariis[b], tanquam instructis de agitatis in causa suprascripta et omnes unanimiter examinent supplicata per prefatos dominos de Sabaudia et videant an illa dispensatio, quam petunt in causa cridarum est unquam concessa alicui alii, et, deinde, referant in scriptis illustrissime Domine nostrę, attento quod aliis concessa fuisset, an possit et debeat concedi et fieri ea dispensatio in causa cridarum, quam requirunt prefati 25 30

[a] *Parzialmente corretto.* [b] *Nel testo* Extraordinarii

domini[a] de Sabaudia, ita quod jure conqueri nequeant eis denegari quod aliis concessum fuisset.

Postea, vero, auditis d. Francisco Bulla et Johanne Baptista Caymo, fuit conclusum quod suprascripta supplicatio mittatur simpliciter, sine rescripto ad Consilium Secretum.

Conclusum quod prorogetur salvusconductus Laurentio de Reate usque ad XV dies junii proximi inclusive, quo medio, causa, quam habet cum Galvano Cantello coram d. Vicario provisionum Mediolani, possit finiri; et ita ordinatum quod committatur dicto Vicario quod debeat omnino expedire dictam causam quo celerius fieri possit, ut ei a principio fuit commissum.

Conclusum quod remittatur supplicatio hominum Vallis Lugani, conquerentium de seperatione Communis et hominum de Ponte et Plebis Crimaschie, Consilio Secreto quod, habitis Magistris, provideant, prout eis videbitur etc.

Item, committatur Capitaneo Justicie et Potestati Mediolani, ut faciant cridas quod quisquis habeat illum qui occidit filium Johannis Antonii Matti, teneatur ipsum consignare sub pena indignationis dominorum Ducum Mediolani et confiscationis bonorum.

1479 die XXVIII maii, de mane. p 244

Congregatis infrascriptis Senatoribus, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
d. comite Petro de Verme,
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino,
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo Trivultio,
d. Petro Landriano,
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.

Francisco Ritio, canzellario.

Super querelis factis per Hieronymum de La Cruce contra Grechetum, armorum familiarem ducalem, ipso presente et audiente et negante, etc., fuit conclusum quod hec res comittatur domino Johanne Antonio ex Comitibus Sparvarie, vicario generali, qui rem intelligat et jus ministret[b]; et hec conclusio facta fuit, presentibus et acceptantibus predictis partibus.

[a] *Corretto su* dominę [b] *Su raschiatura.*

Eodem die, post prandium.

Congregatis suprascriptis Senatoribus, addito etiam d. Johanne Jacobo Symonetta, secretario.

Filippo Ferufino, canzellario.

Super querela Johannis Nicole de Bergunciis, potestatis Novarię, adversus fictabiles Parci Papie, occasione librarum centum imperialium, receptarum per ipsum Johannem Nicolam a Christoforo de Zopo, fictabile viridarii ipsius Parci etc., ordinatum fuit quod iniungatur Magistris Extraordinariis quod non molestent predictum Johannem Nicolam, occasione predicta, et cogant ad ipsarum pecuniarum solutionem eos, qui de jure exigendi fuerint. 5 10

Fuit conclusum quod Francisco Della Latta, scholari, fiat gratia et libera remissio de banno et condemnatione rebellionis et ad pristinos statum et honores restituatur; sed in scriptis et per litteras ducales ei precipiatur quod non intret in civitatem Parmę, sine ducali licentią in scriptis, sed bene possit stare et morari in suis possessionibus in Parmensi. 15

p 245 1479 die 29 maii, de mane.

Congregatis Senatoribus infrascriptis, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
d. comite Petro de Verme,
d. Petro Francisco Vicecomite, 20
d. Palavicino,
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo Trivultio,
d. Petro Landriano,
d. Cicho Symonetta. 25

D. Johanne Simonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonetta

Alexandro Colletta, canzellario.

Super petitione filiorum Jacobi Plati, conquerentium quod eorum pater vellet eos molestare in bonis sibi alias datis, pro eorum victu, sicuti apparet per instrumentum, conclusum quod scribatur dicto eorum patri, exhortando et 30

precipiendo quod nihil debeat innovare contra[a] alias conventa, ordinando quod Castellanus Abiatis mittat Cancellarium suum ad legendum huiusmodi litteras ipsi Jacobo, qui est infirmus et cecus.

Petente Vicecomite de Cella, potestate Casalis Maioris, quod, ex condem-
5 nationibus Camere ducali spectantibus, possit retinere summam pecuniarum sibi retentarum, pro tribus pagis, conclusum est quod ei mos geratur, nomine Domini, propter expensas factas per pestem.

Eodem die, post prandium.

Congregatis infrascriptis Senatoribus, videlicet:

10 d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino,
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Cicho Symonetta.

15 D. Johanne Symonetta
d. Johanne Jacobo Symonetta } secretariis.

Francisco Ritio, cancellario. p 246

Fuit conclusum quod d. Paulus de Soncino, iconomus Abbatie Clarevallis Placentie, solvat pro dicta Abbatia contingentem portionem et non ultra, pro
20 purgatione foveę terre Florentiole et[b] ulterius[b] det, amore Dei, centumquinquaginta staria frumenti Communitati dicte terre Florentiole, ex frumento dicte Abbatię.

Venerunt postea:

rev. d. Episcopus Comensis,
25 d. comes Petrus de Verme et
d. Petrus de Landriano.

Fuit conclusum quod mittatur Cremonam pro facto pestis Johannes Jacobus de Vaprio[74], nepos Hectoris de Vicomercato.

[a] *Parzialmente corretto.* [b] *Su raschiatura.*

30 74. Giovanni da Vaprio era stato nominato coadiutore all'Ufficio di Sanità, già sotto F. Sforza.

1479 die 30 maii, de mane.

Congregatis infrascriptis, videlicet:

d. Episcopo Comensi,
d. comite Petro de Verme,
d. Petro Francisco Vicecomite, 5
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis. 10

Alexandro Colletta, canzellario.

Auditus fuit d. Johannes Advocatus, qui dixit de desputatione que fuit inter Consiliarios Consilii Secreti et Magistros Ordinarios, occasione merchati Burgi Vallis Sesię, de quo agravatur d. Antonius de Romagnano, propterea quod impediet illud Romagnani; tandem, fuit sibi dictum quod remittitur 15 hec res ad Magistros quod faciant prout eis conveniens videbitur.

Die secundo junii 1479, de mane.

Congregatis infrascriptis Senatoribus, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
d. comite Petro de Verme, 20
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino,
d. Orpheo,
d. Johanne Jacobo Trivultio,
d. Petro Landriano, 25
d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonetta 30

Francisco Ritio, canzellario.

Fuit conclusum quod mittatur Dondossulam Leo de Varisio, Gasperinus de Vaylate et Franciscus de Cotignola, cum peditibus infrascriptis, videlicet: p 247

Leo de Varisio	cum peditibus	40,
Gasparinus de Vaylate		40,
5 Franciscus de Cotignola	cum balistariis	20.

Item, fuit conclusum quod rescribatur d. Gubernatori Parmę quod illos tresdecim[a], quos detineri fecit in cittadella, eo quia iverant armati ad domum Johannis Tadei de Cavirano, relaxari faciat, acceptis fideiussionibus de se presentando; et committat Potestati ut jus ministret; et hoc, si nihil est contra 10 Statum vel ad Statum pertinens; si, vero, aliquid esset ad Statum pertinens eos detineat et adviset.

Conclusum quod pro bona causa et presertim, ut complaceatur Tertierio de Medio Vallistelline quod Potestaria Tilii[b] detur[b] Mario de Federicis; pecunię exbursate per Johannem Lotherium, cui assignatum fuit id officium, re-15 stituantur et concedatur sibi gratis officium Menasii.

Eodem die, post prandium.

Congregatis infrascriptis Senatoribus, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
d. Petro Francisco Vicecomite,
20 d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo Trivultio,
d. Azone Vicecomite.

D. Cicho Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.

25 Francisco Ritio, canzellario.

Fuit preceptum et mandatum Johanni Aloysio de Chyur quod, sub pena indignationis illustrissimorum Principum nostrorum, non discedat Mediolano quousque habeatur responsum a magistro Abraam de Bormio; et fuit dictum Nicolino de Burmio quod ei scribat etc.

30 Fuit dictum Abbatibus merchatorum Mediolani quod in facto decoctionis Francisci de Beaquis faciant debitum suum; nec veniant ad hoc Consilium, quia isti Senatores non intelligunt ordines et statuta mercatorum.

[a] *Corretto su* trig [b] *Su raschiatura.*

p 248 Fuit responsum d. Zacharie de Pisis et d. Alexandro, oratoribus illustris d. Marchionis Mantuę, quod nunc dabitur stipendium mensis proxime preteriti, ut dari debet, scomputando de prestantia habita per ratam.

Fuit responsum Nunciis Comunitatis Pizleonis circa quosdam Clericatus campestres datos domino Paulo de Rapis, quod vadant et faciant quod ille de Fiochis renunciet impetrationi factę Romę de dictis Clericatibus, aliter observabuntur contra ipsum de Fiochis decreta ducalia. 5

Die III junii 1479, de mane.

Congregatis infrascriptis Senatoribus, ut supra, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
d. comite Petro de Verme, 10
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Orpheo de Richavo,
d. Petro Landriano,
d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Symonetta. 15

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonetta

Francisco Ritio, canzellario.

Remotis domino Johanne Jacobo Trivultio, affine d. Palavicini, et ipso d. Palavicino, quia de causa propria erat tractandum, fuerunt vocati infrascripti Doctores de Consilio Secreto in Curia Arenghi, videlicet: 20

d. Augustinus Rubeus,
d. Antonius de Berceto,
d. Jacobus de Cusano, 25
d. Lucas Grimaldus,
d. Lucas Lupus,
d. Gerardus Collus et

Marchus Trottus, secretarius;

et fuit ordinatum quod Marchus Trottus scriberet infrascriptam conclusionem et ordinationem in hunc modum videlicet: 30

Vocati suprascripti d. Doctores de Consilio Secreto, occasione litis et controversie, vertentis inter d. Johannem Lodovicum et Palavicinum, fratres, p 249 marchiones Palavicinos, dictis dominis Doctoribus de Consilio Secreto comisse,

quoniam pro parte d. Palavicini dicitur[a] commissionem dictis d. Doctoribus de Consilio Secreto factam se non extendere tam ad turbationem presentem quam preteritam, quam pretendit et asserit sibi factam per dominum Johannem Lodovicum Palavicinum; e contra dicitur per dictum d. Johannem Lodovicum
5 dictam commissionem se non extendere, nisi ad preterita; conclusum et declaratum fuit per dictos dominos de Consilio castri Porte Jovis mentem illustrissimorum Dominorum nostrorum, a quibus dicta commissio processit, fuisse et esse quod dicta commissio et declaratio se extendat et extendi debeat, tam ad turbationem, vel turbationes, presentem quam preteritam, presentes et pre-
10 teritas, quoniam parum proficeret providere ad preterita, nisi provideretur ad presentia; et fuit conclusum quod non detur copia huius conclusionis alicui partium.

Item, conclusum quod, nonobstante aliqua suspensione facta in dicta causa, dicti d. Doctores de Consilio Secreto in causa predicta procedant juxta eorum
15 commissionem et declarationem, eam expediendo quo celerius fieri possit, nonobstante aliqua temporis limitatione, procedendo in predictis summarie, simpliciter et sine strepitu et figura judicii.

Eodem die, post prandium.

Congregatis infrascriptis, videlicet:

20 rev. d. Episcopo Comensi,
d. comite Petro de Verme,
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Cicho Symonetta.

25 D. Johanne Symonetta } secretariis.
d. Bartholomeo Chalco }

D. Jacobo Antiquario, canzellario.

Fuit recitata relatio in scriptis, facta per dominum Vicarium Archiepiscopi Mediolani super controversia vertente inter d. Blancham de Becharia et Opi- p 250
30 zinum Caciam, filium suum, ex una parte, et d. Franciscum Catiam, ex alia; de qua controversia per litteras ducales[a] eidem d. Vicario fuerat facta commissio de septingentis[b] florenis, quos ipsa[b] d. Blancha probavit ei ad conservandum dedisse[b]; atque, ea relatione intellecta, fuit deliberatum ut scribatur d. Vicario reverendissimi d. Episcopi Novarie, cum eadem relatione introclusa,
35 qui ipsam exequatur, cogendo prenominatum d. Franciscum realiter et perso-

[a] *Su raschiatura.* [b] *Parzialmente corretto.*

naliter ad restituendam dictam pecuniam; et quando se illam restituisse diceret, consignet et terminum competentem ad probandum quod dicit; quo elapso, impleat litteras et exequatur sine litigio et reiectis frivolis exceptionibus.

Venerunt postea:

d. Palavicinus,
d. Orpheus de Richavo et
d. Johannes Jacobus Symonetta, secretarius. 5

Ad querelam procuratoris Juliani de Varisio super spoliatione facta de facto per fratrem Michaelem Pagnanum de quibusdam bonis sitis in Therdonensi, que per unam partem altercantium dicitur spectare et esse Preceptorie Sancti Guilielmi de Papia et ex altera parte per ipsum fratrem Johannem Michaelem dicitur esse suę Preceptorię, fuit conclusum ut scribatur Iconomo terdonensi, ut capiat omnes fructus dictorum bonorum, nomine eius, cuius sunt, quoad Preceptoria Sancti Guielmi habebit suum preceptorem; et tunc poterit terminari melius et justius cuius sunt fructus et etiam ipsa bona. 10 15

Lecta fuit minuta facta Hieronymo de Rippa ad convalidationem assignationis sibi facte per d. Hugonem de Sancto Severino, super redditibus possessionis Pandini et approbata; et conclusum [a] ut expediatur.

Super supplicatione Johannis Antonii de Paverano pro facto testamenti contra Josue de Piovanis [b], fuit conclusum quod mittatur dicta supplicatio Potestati Parmę quod ordinet, una cum Proconsulibus et Consulibus Collegii Notariorum Parme quod circa supplicata [c] et dictum testamentum faciant et exequantur id quod debitum et justicia disponunt; itaque testatoris voluntas executioni mandetur, sine aliqua fraude et deceptione; et quilibet habeat suum debitum; et quod littere XVIII diei preteriti mensis maii ad eum scripte fuerunt solum ad finem quod justicia haberet locum et neutra partium fraudaretur juribus suis, et quod ita est firma intentio Principum nostrorum. 20 p 251 25

1479 die IIII° [d] junii, de mane.

Congregatis infrascriptis, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
d. comite Petro de Verme, 30
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino,
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo Trivultio,
d. Petro Landriano, 35

[a] *Parzialmente corretto.* [b] *Corretto su* Piovunus [c] *Segue* per *cancellato.* [d] *Precede* v *cancellato.*

d. Azone Vicecomite,
d. Cicho[a] Symonetta.

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
5 d. Johanne Jacobo Symonetta

Alexandro Colletta, cancellario.

Super relatione facta per Magistros Ordinarios cum inclusa copia relationis facte suprascriptis Magistris per Jacobum de Abiate, olim referendarium Placentie, circa querelam factam per heredes quondam Francisci Pezanghri
10 in facto inquinti Portus Placentie etc., conclusum quod scribatur dictis Magistris, committendo quod, visa relatione dicti olim Referendarii, provideant prout eis videbitur justum debitum, ita quod dicti supplicantes juste conqueri non possint.

Ad supplicationem d. Lodovici de Tayaferris, oratoris parmensis, fuit con-
15 clusum quod circa solutionem ficti domus salis, domini Magistri provideant quod Comunitas Parmę non possit conqueri indebite innovari; item quod Of- p 252 ficium aquarum ipsa Comunitas det Joseph Columbino pro tempore quod ei concessum est intuitu Florentinorum; deinde, possit dicta Comunitas disponere, prout sibi concessum fuit; de Officio munitionum servetur quod scriptum est
20 Referendario; item, quod Thesaurarius Generalis Parmę non retineat caput soldum de XLm. libris fabricę; item, quod Datiarii et Comestabiles portarum non derobbent fenum, ligna et alia, etc.

Die suprascripto, post prandium.

Congregatis suprascriptis.

25 Filippo Ferrufino, canzellario[a].

Super literis responsivis comitis Bartholomei Scotti in causa querele facte per fideiussores Parmenses quod is comes Bartholomeus relevare deberet ipsos a fideiussione etc., ordinatum fuit quod ipse littere dentur magnificis[b] dominis[b] de Consilio Secreto, qui provideant, prout eis melius videbitur.

30 Item, super supplicatione uxoris comitis Jacobi Scotti et filiorum et responsione comitis Bartholomei Scotti, occasione alimentorum ipsorum uxoris et filiorum, ordinatum fuit quod ipse supplicatio et responsiones mittantur Consilio Secreto.

[a] *Parzialmente corretto.* [b] *Su raschiatura.*

Super supplicatione Stephani Porri et uxoris sue, conquerentium de iniuriis illatis per Dominicum de Busnate et uxorem suam, ordinatum fuit quod committatur Potestati Mediolani, qui jus faciat pari modo, veluti scriptum fuit ipsi Potestati quod jus faceret super querelis factis per ipsum Dominicum. (Per Ritium)

Fuit conclusum quod scribatur Gubernatori Parmę, ut relaxet Angelum de Roxino, acceptis idoneis fideiussionibus de se presentando, quotiens fuerit requisitus; et quod commendetur eius diligentia in procurando habere in manibus Pinum, filium dicti Angeli, et Matheum de Pignono, suum generum. 5

Fuit, etiam, conclusum quod d. Hieronymo Bernerio, pro sua securitate, concedatur licentia in scriptis quod possit portare arma ac ducere secum per civitatem et quocumque vadit duos famulos cum armis, ordinibus et cridis super portatione armorum factis non ostantibus, cum hac, tamen, declaratione quod dicti duo famuli non possint nec debeant portare arma, nisi quando associantur dictum d. Hieronymum; et dicta licentia fiat ad beneplacitum. 10 (p 253)

1479 die V^ta^ junii, post prandium. 15

Congregatis infrascriptis Senatoribus, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
d. comite Petro de Verme,
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino, 20
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Petro Landriano,
d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Symonetta. 25

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco
d. Johanne Jacobo Symonetta
} secretariis.

Francisco Ritio, canzellario.

In facto gualdorum retentorum per magnificum comitem Petrum de Verme, quę repetuntur a d. Luca Grimaldo, nomine suorum affinium, fuit remissum dominis de Consilio Secreto, ut provideant ut eis justum videbitur. 30

1479 die 7 junii, de mane.

Congregatis infrascriptis, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
d. comite Petro de Verme,
5 d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Petro Landriano,
d. Azone Vicecomite,
10 d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonetta

Francisco Ritio, cancellario.

15 Conclusum fuit, ad instantiam Johannis Rodolfi Vincimale, quod detur sibi copia ordinationis facte, his diebus preteritis, in facto diferentiarum vertentium inter nonnullos nobiles Mediolanenses deputatos Schole Caritatis Mediolani et Fratres Tercii Ordinis. p 254

Eodem die, post prandium.

20 Congregatis antescriptis Senatoribus, etc. ut supra.

Fuit conclusum quod scribatur Potestati Parme quod contra illos qui armati fuerunt inventi in domo Johannis Tadei de Cavirano supersedeat procedere, quoad aliud rescribatur in contrarium; accipiat, tamen, ab eis fideiussiones de stando et parendo juri.

25 Die VIII junii, 1479, de mane.

Congregatis infrascriptis, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
d. comite Petro de Verme,
d. Petro Francisco Vicecomite,
30 d. Palavicino,
d. Orpheo de Richavo,

d. Johanne Jacobo Trivultio,
d. Petro Landriano,
d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } ‹secretariis›. 5
d. Johanne Jacobo Symonetta

Francisco Ritio, canzellario.

Fuit vocatus dominus Nicodemus Tranchedinus et ei fuit dictum et commissum quod vadat Papiam ad conservandam illam civitatem a contagione et 10 ab aliis[a] scandalis; qui d. Nicodemus, grato et obedientissimo, acceptavit. Et fuit ordinatum quod ei detur[a] andata pro equis decem; et ponatur pro expensa consumata sine aliqua retentione provisionis dicti d. Nicodemi; et detur ei ampla et honorifica commissio generalis; dentur, etiam, decem provisionati, ut magis revereatur. 15

Super supplicatione domini presbyteri Martini de Cazago, conquerentis de suspensione cause quam habet cum presbytero Thoma, carcerato etc., fuit conclusum quod scribatur judici dicte[b] causę[b] quod, si de jure non debet dicta causa suspendi propter detentionem dicti presbyteri Thome, procedat ad ulteriora, non obstantibus litteris ducalibus scriptis pro dicta suspensione; si, au- 20 tem, dicta suspensio deberet fieri propter ipsam detentionem, perseveret in ipsa, juxta ipsarum litterarum dispositionem.

p 255 Fuerunt licentiati dominus Jullianus de Villanis et dominus Johannes Antonius Tranchedinus de Pontremulo, cum opportuna admonitione, ad bene vivendum, ut latius in litteris eis in pleno Senatu lectis continetur. 25

1479 die VIII junii, post prandium.

Congregatis infrascriptis Senatoribus, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
d. comite Petro de Verme,
d. Petro Francisco Vicecomite, 30
d. Palavicino,
d. Cicho Symonetta,
d. Orpheo de Richavo,

[a] *Parzialmente corretto.* [b] *Su raschiatura.*

d. Petro Landriano,
d. Azone Vicecomite.

D. Johanne Symonetta
d. Johanne Jacobo Simonetta } secretariis.

5 Filippo Ferrufino, canzellario.

Super querela allata per Ricardum et fratres de Buttighiellis de unione, insultibus et iniuriis adversus ipsos factis per quosdam villicos terre Silvani, ordinatum fuit quod scribatur Capitaneo Comitatus Papię Ultra Padum quod se informet de excessibus predictis, procedat, jus faciat, condemnet et
10 puniat quemadmodum juri conveniet; ita quod eorum punitio ceteris transeat in exemplum.

Super supplicatione Augustini et Bartholomei fratrum de Sclafenatis, conquerentium de quadam ordinatione facta per dominos Consilii Justicię adversus predictos in favorem Jacobi et Pauli fratrum suprascriptorum de Scla-
15 fenatis, ex alia matre, ordinatum fuit quod mittatur ipsa supplicatio dominis de Consilio Secreto[a], qui, adhibitis ipsis de Consilio Justicie, rem hanc intelligant et ita opportune provideant quod juste querele locus neutri partium supersit.

Die 9 junii, de mane.

20 Congregatis suprascriptis omnibus, excepto d. Johanne Jacobo de Trivultio.

Super supplicatione comitum Caroli et Albrici fratrum de Lugo, petentium causam, quam habent cum domina Blancha Maria de Valeriis coram d. Francisco de Ozeno[b] commissario et deligato, debere suspendi usque ad reditum d. Brande de Castiliono, propterea quod ipse est advocatus dictorum Comitum,
25 conclusum quod precipiatur ipsi Commissario quod non procedat in causa usque ad dies octo, post reditum dicti d. Brandę. p 256

Super litteris Johannis Imperialis quod Deputati Sanitatis preceperint non stet in Mediolano, quia[b] venit[c] Papia, ubi stetit per noctem, ordinarunt quod dicatur ipsis Deputatis ut permittant venire, quia etiam Andreas Lampugna-
30 nus missus fuit Papiam, ut redeat intra biduum, sed moneatur ipse Johannes, ne veniat in arcem.

[a] *Segue* Iusticie *cancellato.* [b] *Parzialmente corretto.* [c] *Nel testo* verit

1479 die XI junii, post prandium.

Congregatis Senatoribus infrascriptis, videlicet:

rev. d. Episcopo Comi,
d. comite Petro de Verme,
d. Palavicino, 5
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Cicho Symonetta,
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Petro Landriano, 10
d. Azone Vicecomite.

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonetta

Filippo Ferrufino, canzellario. 15

Super querela facta per Helenam, relictam quondam Petri Crivelli, quod d. Petrus Crivellus, eius gener, nolit observare ordinationem factam per Consilium Secretum in causa ususfructus et alimentorum ipsius Elenę etc., ordinatum fuit quod Phylippus Ferrufinus vadat ad dominos de Consilio Secreto, quibus dicat quod ipsam ordinationem suam exequantur et executioni mandari et 20 observari faciant, nec patiantur ipsam Helenam ulterioribus dispendiis, nec sumptibus fatigari.

Super querela facta per filios Jacobi Plati, ordinatum fuit quod iniungatur p 257 Potestati Mediolani quod nullam novitatem, nec turbationem faciat[a] nec fieri permittat[b] ipsis filiis super bonis assignatis eis per patrem[c], donec is Jacobus 25 venerit; et moneat ipsum Jacobum quod veniat huc intra terminum per eum assignandum.

1479 die XII junii.

Congregatis Senatoribus antescriptis, excepto d. Johanne Jacobo Symonetta, secretario. 30

Johanne Petro de Rodobio, canzellario.

Super supplicatione illorum de Platono, petentium gratiam et liberationem Bertoni de Clerico de Burgo Vallis Tari, conclusum fuit quod scribatur Com-

[a] *Nel testo* faciant [b] *Nel testo* permittant [c] *Parzialmente corretto.*

missario [a] dicti Burgi quod ipsum bene et diligente examinare debeat [b], et processum mittere; et, deinde, supersedere a novitate contra eius personam facienda, donec aliud superinde ipsi rescriptum fuerit.

Super supplicatione Johannis de Alleluya Galli contra Christoforum et
5 Thomam de Arientis, conclusum quod dicatur Potestati, ut omnino satisfieri faciat dicto Gallo et, si quid habet in opposito, dicat et providebitur.

Item, quod scribatur Commissario Vallis Clavene ne permittat [c] conduci victualia hominibus Misoltine [d], sub pena indignationis, sed hominibus comitis Jorii et Episcopi Curiensis et iis quidem pauca et cum discretione.

10 Item, quod fosse Terdone permittantur Comestabilibus [d] portarum quousque Comunitas velit evacuare, quia tunc dimittentur ei, nam ideo concessa sunt Comunitati quod obtulerunt velle eas evacuare et non aliter.

Johannes de Burgis, secretarius illustrissimi Dominii Veneti, coram suprascriptis, alligante Francisco de Beaquis quasdam dificultates in salvoconductu
15 ei misso per illustrissimum Dominium Venetum etc., dixit et libere protestatus est quod ipse salvusconductus est liber, tutus, validus et securus, et ita ipse ex nunc assecurat dictum Franciscum, qui dictam assicurationem acceptavit et dixit se iturum Venetias, sub hac fide et assicuratione et salvoconductu, in societate cum dicto Johanne secretario; et predicti Senatores etiam assecuraverunt
20 dictum Franciscum, dicendo ut vadat libere sub dicto salvoconductu, quia non est dubitandum de fide illlustrissimi Dominii Veneti.

1479 die XIII junii. p 258

Congregatis Senatoribus infrascriptis, videlicet:

rev. d. Episcopo Comi,
25 d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Azone Vicecomite,
d. Johanne Jacobo Trivultio,
d. Orpheo de Richavo,
d. Cicho Symonetta.

30 D. Johanne Symonetta }
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.

Ser Johanne de Belinzona, cancellario.

Conclusum quod supplicatio Johannis de Alleluya Galli portetur Potestati Mediolani, eique committatur ut, servata et non servata forma statutorum

35 [a] *Nel testo* Commissariis [b] *Nel testo* debeant [c] *Nel testo* permittant [d] *Parzlaimente corretto*

Mediolani, prout sibi videbitur, satisfieri faciat ei supplicanti per Christoforum et Thomam, patrem et filium de Arientis, et sine lite, attenta personarum et rei qualitate.

1479 die XIIII junii, de mane.

Congregatis suprascriptis, addito d. Palavicino. 5

Francisco Ritio, canzellario.

Auditis Johanne Chiappano, Hieronymo de La Cruce et Leonardo de Parma, deputatis super provisione bladorum, conquerentibus de Magistris Intratarum, impedientibus eorum officium, fuit dictum et conclusum quod Magistri faciant officium suum et ipsi Deputati faciant suum, nec inter se impediant. 10

Vocato Agamennone, rationatore[a] Officii bladorum, dictum fuit pro conclusione quod pro hac vice debeat exbursare Thesaurario Generali illas octocentum libras, quas habent in manibus, ad effectum quod possit Tubicinibus satisfieri de huiusmodi pecuniis, pro parte eorum salarii et provisionis; postea, vero, in futurum, Magistri Intratarum non impedient se de pecuniis, quę pervenient ad manus Deputatorum super bladis; sed quod possint Officiales prius satisfieri pro eorum salariis; reliquum, vero, pecuniarum, quod supererit, satisfactis Officialibus, exbursetur in Thesauraria. 15

Eodem die, post prandium.

Congregatis suprascriptis, exceptis rev. d. Episcopo Comi et d. Palavicino. 20

p 259 Super supplicatione Deputatorum regimini Fabrice Ecclesie Maioris Mediolani, conquerentium de iniuriis dictis per procuratorem cuiusdam Antonii Vacani, adversarii dicte Fabrice, et quod trahantur a Conservatore suo sub Potestate Laude, conclusum quod mittetur supplicatio ad Consilium Secretum cum commissione quod provideatur prout eis debitum visum fuerit, providendo etiam quod suprascriptis Deputatis, nec eorum procuratoribus dicantur verba iniuriosa. 25

Supravenerunt, postea, domini Episcopus Comi et Palavicinus.

[a] *Parzialmente corretto.* 30

Die XV junii, de mane.

Congregatis infrascriptis Senatoribus etc., ut supra, videlicet:

rev. d. Episcopo Comi,
d. comite Petro de Verme,
5 d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino,
d. Orpheo,
d. Johanne Jacobo Trivultio,
d. Petro Landriano,
10 d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonetta

Alexandro Colletta, canzellario.

15 Super supplicatione Jacobi et eius fratris de Albertonibus de Lolio de Placentia, conquerentis quod Consilium Secretum velit committere causam suam, quam habet cum comite Bartholomeo Scotto et super qua optinuit duas sententias conformes, conclusum quod Consilium ipsum de his de quibus est clarum expediat et non committat alicui.

20 Fuit auditus d. Defendens Suardus, nuncius illustris d. Marchionis Montisferrati, qui, nomine dicti d. Marchionis, petiit provideri de logiamentis pro colligenda in unum societate armigerorum suorum, pro eundo in campum, quando Principes nostri jusserint; item, quod persolvatur ei residuum sue provisionis tempore pacis cursę, et etiam provisio piatelli etc.; item, quod Fran-25 ciscus de Carretto, qui veniens ad eius stipendia detentus est, si liberandus est, liberetur ad eius intercessionem. Per Ricium

Fuit ei responsum quod de logiamentis providebitur pro diebus sex et dicetur cito locus; de residuo provisionis et piatelli, similiter providebitur. p 260

Franciscus de Caretto conducetur huc; et, si erit relaxandus, non relaxa-30 bitur nisi ad intercessionem ipsius d. Marchionis, excepto illustrissimo d. Duce Ferrarię, qui eum capi fecit.

Eodem die, post prandium.

Congregatis suprascriptis, exceptis dominis comite Petro de Verme, Palavicino, et Johanne Jacobo Trivultio.

Alexandro Colletta, cancellario.

Super supplicatione Deputatorum regimini Fabrice Ecclesie Majoris Mediolani, de qua in precedenti folio fit mentio, conclusum quod domini de Consilio Justicie provideant quod suprascripta causa remittatur ad Conservatorem dicte Fabricę, aut partes remittant causam in unum confidentem; providendo etiam quod non dicantur verba iniuriosa ipsis Deputatis, nec alicui eorum, nec eorum procuratoribus.

Fuit conclusum quod scribatur Gubernatori Parme quod astringat Referendarium et ellectos per Comunitatem Parmę ad revisionem rationum Desiderii Grossi cum dicta Comunitate, quod omnino terminent infra dies XV dictam revisionem et faciant omnes errores emendari, ita quod neutra pars fraudata remaneat, sed quelibet habeat debitum suum.

Fuit, etiam, conclusum quod scribatur Commissario et Gubernatori Parme quod, circa expendendas intratas illius Comunitatis, faciat servari ordines et litteras ducales, superinde scriptas.

Fuit conclusum, ad requisitionem d. Galeotti de Faventia, scribatur Capitaneo Cotignole quod capi faciat Petrum Mattum, rebellem dicti d. Galeotti, practichantem in dicta terra et consignari ei faciat cuicumque Nuncio ipsius d. Galeotti.

Die XVI[a] junii[a], post prandium.

Congregatis:

rev. d. Episcopo Comi,
d. comite Petro de Verme,
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino,
d. Johanne Jacobo Trivultio,
d. Orpheo de Richavo,
d. Petro Landriano,
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco
d. Johanne Jacobo Symonetta
} secretariis.

Alexandro Colletta, cancellario.

[a] *Nell'interlineo.*

Minuta del verbale della seduta
del ‹Senato› in data 23 giugno 1479.

ASMi: *Uffici Giudiziari, Senato* f 168.

Super supplicatione d. Antonii Carazoli, petentis posse vendere nonnulla ficta, que habet in Valle Plini et Valle Nurę, dependentia ab eius feudis, propterea quod non potest ea exigere, conclusum quod possit vendere dummodo quod emptor habeat eam obligationem versus Cameram, quam habebat d. Antonius et quod etiam ipse d. Antonius teneatur emere in Dominio alia bona de huiusmodi pecuniis.

p 261

Die XVII junii 1479[a], de mane.

Congregatis infrascriptis, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino,
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo Trivultio,
d. Petro Landriano,
d. Ciccho Symonetta.

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonetta

Alexandro Colletta, cancellario.

Conclusum ad evitanda schandala quod fiat crida publica circa eos qui vadunt in nocte cum armis et sine lumine, in qua imponatur poena pecuniaria, quę omnino exigatur a contrafacientibus.

Fuit conclusum quod ex Abbatia Clarevallis Placentię accipiantur muttuo staria quattuormille frumenti Placentie et mittantur Pontremulum.

Eodem die, post prandium.

Congregatis suprascriptis, exceptis d. Petro Francisco Vicecomite et d. Palavicino.

Conclusum fuit quod novitates introducte in incantu dacii doane civitatis et Ducatus Mediolani in anno 1470 respectu merchati Modoetię etiam locum habeant et perseverent per totum incantum finiturum in calendis januarii 1482, occasione cuiusdam subventionis, quę fit ducali Camerę per Datiarios

[a] *Segue* post *cancellato.*

ipsius datii; sed, completo ipso incantu, ipse novitates aboleantur ac penitus annullentur; et super hoc fiant quecumque opportune littere tam ipsis Datiariis quam Comunitati Modoetie.

p 262 Conclusum quod scribatur Commissario Belinzone et Melchioni et Christoforo de Porceno, ut offendant Svyceros et mittant presidium XXX hominum Verzasche; item, quod fiat salvusconductus Sigismondo de Jant de Cruala, veniens huc cum equis et rebus, valiturus usque ad kalendas augusti. 5

1479 die XVIII[a] junii, de mane.

Congregatis infrascriptis, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi, 10
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino,
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo Trivultio,
d. Petro Landriano, 15
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonetta

Phylippo de Comite, cancellario. 20

Conclusum fuit quod in causa, quam habet Franciscus Ferrarius cum Andrea de Modoetia, in qua d. Johannes Paulus Barzizius tulit sententiam, eatur ad Consilium Justicie et sibi committatur per Filippum de Comite quod appellatio dicte sententie, si ex decretis admitti non debet, provideant quod appellatio termino dierum decem expediatur. 25

Conclusum quod salvusconductus Dominici de Sancto Severino prorogetur per mensem unum proxime futurum.

Conclusum etiam quod rescriptum factum d. Johanni Paulo Barzizio, domino Bernardino Tedaldo et Michaeli de Cremona pro causa bovis grassi illorum de Canturio et de Plebe Ayate rehabeatur, moxque fiat commissio Magistris Ordinariis. 30

Conclusum, etiam, de ordinatione suprascriptorum omnium Senatorum, quod suspendantur littere concesse per Magistros Ordinarios circa reductionem merchati Montis Hugoni ad Burgum Sicide; et quod, certis bonis respectibus,

permittantur res, in primo gradu, antequam[a] reduceretur merchatum ad Burgum Sicide, quousque aliud ordinabitur.

Fuit responsum Defendo Suardo, nuncio illustris domini Marchionis Montisferrati, quod sua Dominatio allogiet et coadunet societatem suam armigerorum inter Padum et Sicidam, ubi melius ei videbitur ad Fraschas et ibi poterit videre totam dictam societatem; deinde, dicetur ei quo debebit ire etc.; quantum ad pecunias, providebitur opportune et non amittitur tempus. p 265

In causa comitis Petri de Verme super facto gualdorum, fuit commissum Phylippo Ferrufino, ut vadat ad Consilium Secretum et dicat illis dominis suspitiones, quas Comes predictus allegat in dicto Consilio, propter presentiam domini Lucę Grimaldi, qui est pars contraria, et domini Antonii de Berceto ei faventis; et moneat et hortetur illos magnificos dominos ut contententur non procedere in dicta causa, sed permittent quod domini de Consilio Justicię eam cognoscant et terminent, cum omni possibili celeritate, ita ut neutra pars jure conqueri possit.

Fuit ordinatum quod d. Guido de Rubeis mittatur Pontremulum pro custodia illius loci, cum provisione quinquaginta ducatorum, mense quolibet etc.

1479 die XVIIII junii, de mane.

Congregatis infrascriptis, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
d. comite Petro de Verme,
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino,
d. Johanne Jacobo Trivultio,
d. Orpheo de Richavo,
d. Petro Landriano,
d. Cicho Symonetta.

D. Bartholomeo Chalco
d. Johanne Jacobo Simonetta } secretariis.

Francisco Ritio, cancellario.

Fuit conclusum quod intimetur contramandum salviconductus Franciscę Sclavonę, assertę uxori Gregori de Rosatę; et fuit dictum domino Ziliolo Oldoyno, ex Consiliariis Justicie, quod ipsi domini de Consilio intelligant et reperiant veritatem periurii commissi per ipsam Franciscam, in asserendo, primo, p 266

[a] *Parzialmente corretto.*

se esse uxorem dicti Gregori, sed dixisse, ut supra, coactam a Capitaneo Justicie, per timorem etc. et quod omnino veritas habeatur.

Fuit ordinatum quod scripta facta circa illos libros, quos[a] donatos sibi a duce Galeacio asserit d. Ziliolus, revideantur per d. Raymundum Lupum.

In causa magnifici d. comitis Petri de Verme, pro facto gualdorum cum illis de Grimaldis[b] de Zenua, fuit conclusum, presente et consentiente prefato magnifico comite Petro, quod illi de Grimaldis, qui petunt gualdos predictos, dent fideiussionem in uno bancho hic Mediolani, pro valore dictorum gualdorum, in casu succumbentię; et dicti gualdi restituantur ipsis de Grimaldis et cognitio et terminatio istius causae remittatur dominis de Consilio Justicie.

Eodem die, post prandium.

Congregatis antescriptis Senatoribus, addito rev. d. Episcopo Cremonensi, in absentia rev. d. Episcopi Comensis.

Super requisitione Zanini de Vaylate, provisionatorum squadrerii, petentis talem provisionem fieri sibi quod honeste vivere et servire possit, aut quod concedatur licentia eundi in Exercitum, conclusum fuit quod detur ei licentia collocandi se cum quo voluerit, dummodo sit ex comprhensis in illustrissima Liga nostra.

Super supplicatione Fratris de Petrasancta, armigeri domini Octaviani de Tolentino, conquerentis de quodam famulo Potestatis Olegii, qui eum insultavit et percussit, conclusum quod mittatur supplicatio ad Capitaneum Justicie cum commissione quod intelligat veritatem et jus faciat.

p 267

1479 die XX[a] junii, de mane.

Congregatis infrascriptis, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
d. comite Petro de Verme,
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino,
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo Trivultio,

[a] *Nell'interlineo.* [b] *Segue* qui petunt gualdos predictos *espunto*.

d. Petro Landriano,
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
5 d. Johanne Jacobo Symonetta

Alexandro Colletta, cancellario.

Conclusum fuit quod dentur Jacobo Ambrosio[a] de Luxolo, pro se et hominibus suis Ponzani, staria CCC frumenti ad mensuram pontremulensem, dono; et, item, dentur ducati centum ipsi Jacobo Ambrosio, attentis damnis 10 ipsorum et fidelitate ipsius Jacobi Ambrosii a virtute sua circa deffensionem terre Ponzani.

Super supplicatione Antonii Vacani, contendentis cum illis Fabricę, et IIIIor Mariarum Mediolani [75], fuit ordinatum quod domini de Consilio Justicię eligi faciant confidentem partium, quemadmodum antea dictum fuerat; cui confi- 15 denti committatur quod primo et ante omnia cognoscat, intra triduum, quęnam ipsarum partium stare debeat in possessione ipsorum bonorum; et, deinde, procedatur ad cognitionem petitorii per ipsum confidentem, vel per alium confidentem eligendum.

Preceptum fuit Bertoldo de Madiis quod infra dies XV proxime futuros 20 debeat discedere cum familia a loco Sancti Donati sive Trivultii et ire alio ad habitandum.

Eodem die, post prandium.

Congregatis suprascriptis.

Fuit concessa licentia domino Potestati Mediolani eundi extra civitatem 25 Mediolani ad examinandum quosdam testes; et hoc pro diebus duobus, etc.

Item, fuit dictum ipsi domino Potestati quod illi ragacio d. Johannis Baptiste de L'Anguillaria detento propter sodomiam faciat dari XXV staphillatas et, postea, ipsum libere relaxet. p 268

[a] *Parzialmente corretto.*

30 75. Il più antico Luogo Pio elemosiniero (inizi del sec. XIV): la schola delle Quattro Marie, nella contrada dei Pattari, trae le origini dalla schola (confraternita) dei Raccomandati della Vergine Maria. Il nome delle Quattro 35 Marie proviene dalla devozione dei confratelli all'altare nella cattedrale in cui era effigiata la Vergine nelle quattro festività: purificazione, annunciazione, assunzione, natività: nelle cui effigie il popolo ravvisò Maria madre di Gesù, Maria Cleofe, Maria Salomè, Maria Maddalena: la devozione ne rimase sempre viva.

Lectis litteris Jacobini de Olzate, petentis licentiam maritandi eius filiam in Arasminum de Binasco[a], seu in Calistum fratrem suum, nobiles pedemontanos, conclusum quod concedatur licentia, ut supra.

Die 22° junii 1479, in mane.

Congregatis infrascriptis, videlicet: 5

rev. d. Episcopo Comi,
d. comite Petro de Verme,
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino,
d. Orpheo de Richavo, 10
d. Johanne Jacobo Trivultio,
d. Petro Landriano,
d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta 15
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonetta

Francisco Ritio, cancellario.

Lecta supplicatione Petri Caymi, conquerentis de relatione facta per d. Johannem Antonium Sparvariam, cuius gratia scriptum fuit Capitaneo Seprii, 20 conclusum fuit quod d. Johannes de Castronovate et d. Franchinus Caymus procurent concordiam inter partes, que, si executionem non sortietur, committatur causa domino Capitaneo Justicie Mediolani, qui videat predictam relationem et, auditis partibus, eam exequatur, vel reiiciat, sicut justum putaverit. 25

Per Phylippum de Comite

Fuit conclusum quod Pericus Hispanus, comestabilis peditum cum d. Duce Bari, acceptetur ad servitia illustrissimorum Principum nostrorum, cum omni comitiva, quam secum ducet ex castris inimicis et ei, pro persona sua, dentur ducati duodecim et sociis ducati tres, pro paga; et, ita, fuit dictum duobus Hyspanis, eius nunciis. 30

p 269

[a] *Parzialmente corretto.*

Eodem die, post prandium.

Congregatis infrascriptis, videlicet:

rev. d. Episcopo Comi,
d. comite Petro de Verme,
5 d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino,
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo Trivultio,
d. Petro de Landriano,
10 d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta }
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.

Alexandro Colletta, canzellario.

15 Conclusum quod concedatur licentia Petro Galeazio Trecho, quod possit facere legitimare filium suum.

Super supplicatione Francisci Salvatici, conquerentis quod nunquam potuit satisfieri ab Alexandro de Osnago et Marcho de Besana, propter illas pelles aquilanas, pro quibus exbursavit nonnullas pecunias etc, conclusum quod mit-20 tatur ipsa supplicatio ad Potestatem Mediolani, cum commissione quod a se ipso cum consilio Vicarii provideat summarie quod satisfiat ipse supplicans.

Conclusum quod fiat salvusconductus Anzegul et Anzumul, sociis alemanis de Constantia, possendi venire in Dominium cum equis venalibus, tute, libere et impune.

25 In causa Marsilii Confalonerii cum comite Antonio de Arcellis, agente nomine sororis suę, ordinatum fuit quod causa ipsa remittatur dominis de Consilio Justicie, qui expediant causam ipsam.

Die XXIII junii, de mane. p 270

Congregatis infrascriptis videlicet:

30 rev. d. Episcopo Comensi,
d. comite Petro de Verme,
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino,
d. Orpheo de Richavo,

d. Johanne Jacobo Trivultio,
d. Petro Landriano,
d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonetta

Phylippo de Comite, canzellario.

In causa Christofori de Rippa contra quosdam de Terzago, conclusum fuit quod iniungatur Magistris Intratarum, ut vel declarent quid sentiant de statuto cuius in causa fit mentio, vel compellant debitorem Christofori ad satisfacionem [a], quę postulatur.

Eodem die, post prandium.

Congregatis suprascriptis.

Super supplicatione Castellini de Casteno, ducalis armigeri, conquerentis de Petro Andrea Bernardino, Baptista et Johanne Maria, fratribus de Cantono etc., conclusum quod committatur Capitaneo Justicię quod citet partes, intelligat veritatem et jus faciat.

Super supplicatione Violantis de Oxiis, relicte quondam Nycolai de Nidasiis, conquerentis de Bassiano Defendini, conclusum quod committatur Capitaneo Justicie quod provideat opportune circa supplicata.

Super supplicatione Francisci de Belusco et Susannę de Micheriis, pro domibus, que sibi occupantur, ut asserunt, per Ducem Bari, conclusum quod d. Johannes Henricus Pegius, informatus de negocio, ut se informet si quid restat videndum, deinde referat in scriptis quicquid compertum habuerit pro justicia et cum qua minori impensa fieri possit.

p 271

Eodem die, post prandium.

Congregatis antescriptis Consiliariis, excepto domino Johanne Jacobo Trivultio.

Admissus fuit Johannes Antonius Vicecomes, secretarius ad Consilium Justicie, qui, nomine ipsius Consilii, rettulit quid reppererit circa petitionem Lanzalotti Regnę, qui petit dicto d. Francisco et Johanni fratribus de Ozino; et,

[a] *Corretto su raschiatura.*

ideo, intellecta huiusmodi relatione, conclusum est quod dictum Consilium provideat quod justicię sit locus, posteaquam cognovit ex inspectione instrumentorum ipsum Lanzalottum justiciam fovere.

Die XXV junii 1479.

5 Congregatis antescriptis omnibus Senatoribus, et Secretariis.

Francisco Ricio, cancellario.

Fuit conclusum et ordinatum quod d. Johannes Aloysius Bossius, ducalis consiliarius, vadat in castra serenissime Lige pro componenda differentia et rixa oborta inter illustrissimum d. Ducem Ferrarię, capitaneum, et illustrem 10 dominum Marchionem Mantue et eorum stipendiatos. Et, vocatus huc d. Johannes Aloysius fuit oportune instructus.

Fuit conclusum quod d. Sfortię Secundo concedatur licentia mittendi ad accipiendum salvumconductum a domino Hibletto de Flischo, pro mittenda certa casei quantitate Clavarum, deinde Romam.

15 Conclusum quod supplicatio Thome Pisanelli et consortum, pro facto sostarum, ad Magistros Extraordinarios remittatur, ut ipsi provideant, prout eis videbitur.

Conclusum, etiam, quod supplicatio Mafioli et fratrum de Soresina contra Karolum de Scrosatis et testes in supplicatione nominatos, remittatur Potestati 20 Mediolani, cum expressa commissione quod faciat justiciam, non habito respectu preterquam ad justiciam, ita quod nemo conqueri jure possit.

Item, quod supplicatio Albertini de Guardarobba remittatur Capitaneo Justicie et committatur quod cogat debitores in supplicatione nominatos ad solutionem.

25 Conclusum quod Dominicus Salvaticus possit facere legitimari filium suum.

Conclusum quod Potestas Plurii vocetur huc.

1479 die XXVI junii, de mane. p 272

Congregatis infrascriptis Senatoribus, videlicet:

rev. d. Episcopo Comi,
30 d. comite Petro de Verme,
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino,
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo Trivultio,

d. Petro Landriano,
d. Azone Vicecomite.
D. Cicho Symonetta } secretariis.
d. Johanne Symonetta }
Phylippo Ferrufino, cancellario. 5

Super supplicatione Johannini de Quatrocasis, agricole, conquerentis de combustione unius quantitatis siliginis in pallea, ordinatum fuit quod d. Luchinus Ferrufinus intelligat hanc querelam et jus faciat.

Absens erat Bartholomeus Chalcus in suprascripta ordinatione.

Super causa inquisitionis formate contra Petrum Gabrielem et Christoforum de Palavicino, ordinatum fuit quod scribatur d. Johanni Antonio Sparvarię qui jus faciat reservatis iis, que spectant ducali Camerę. 10

Super requisitione Oratorum Communitatis Alexandrię, petentium tria, videlicet: contra Familiam ipsius Commissarii; de Cancellario suo; et de actis delegationum etc.; ordinatum fuit quod Famuli ipsius Commissarii non capiant pecunias ab euntibus noctu contra formam proclamatum, ultra id quod disponitur per ordines et Statuta civitatis et non ponant aliquem in carcere Cittadellę et seu artium Alexandrię, nisi sit pro rebus Status; quo ad Cancellarium, dictum fuit quod non teneat cancellarium qui sit civis Alexandrię; quo ad acta delegationum, dictum fuit quod acta delegationum causarum civilium recipiantur per Notarios civitatis ad id deputatos[a]. 15 20

1479 die XXVII junii, de mane.

Congregatis Senatoribus infrascriptis, videlicet:
rev. d. Episcopo Comensi,
d. comite Petro de Verme, 25
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino,
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo Trivultio,
d. Petro Landriano, 30
d. Johanne Angelo de Florentia,
d. Cicho Symonetta.
D. Johanne Simonetta }
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonetta } 35
Francisco Ritio, canzellario.

[a] *Parzialmente corretto.*

Fuit vochatus Hieronymus Salechia, canzellarius domini Galeotti de Faventia, et ei fuit responsum ad ea quę petierat de consignando sibi, vigore capitulorum, Petrum Mattum, suum assertum rebellem, detentum apud Capitaneum Cotignole[a], in hunc modum videlicet: quod illustrissimi Principes nostri volunt et intendunt observare capitula dicto domino Galeotto ut semper observaverunt, et circa[b] factum ipsius Petri Matti dicunt quod d. Galeottus mittat unum ex[c] suis Cotignolam, pro justificatione prefatorum Principum nostrorum, ad examinandum dictum Petrum si commiserit aliquid contra Statum vel personam dicti d. Galeotti, postquam est dominus Faventie; et dicti domini Principes scribent dicto suo Capitaneo quod permittat ipsum Petrum examinari diligenter et cum modis opportunis ad veritatem eruendam; et si constiterit rebellem esse dicti domini Galeotti propter aliqua commissa contra eius Statum, vel personam a tempore quo est dominus Faventie citra, debeat ipsum Petrum Mattum consignare cuicumque Nuncio prefati domini Galeotti; si, vero, fuerit de predictis innocens, liberetur etc.; et scribatur dicto Capitaneo et hominibus Cotignole quod, si in futurum in illam terram et suum Districtum aufugerit aliquis armiger, aut stipendiatus dicti domini Galeotti, illum detineant cum armis, equis, rebus et bonis et cogant ad standum juri et faciendum debitum dicto d. Galeotto[b]; et quod, post hac, nullus rebellis dicti Domini receptetur in dicta terra et Districtu, juxta dispositionem suorum capitulorum.

Admissi fuerunt domini Bartholomeus Pagnanus et Johannes Henrigus Pegius, abbates Collegii Doctorum Mediolani, et eis fuit dictum de querela allata per quosdam Doctores ipsius Collegii, quod volebant recipere in Collegium dominum Jacobum de Mengociis, de Placentia, filium Bartholomei, contra ordines ipsius Collegii; et auditis ipsis Abbatibus, iniunctum[b] fuit eis quod irent et super receptionem ipsius domini Jacobi servarent ordines et Statuta ipsius Collegii et facerent quod esset officii et debiti sui.

Die XXX junii 1479, post prandium.

Congregatis infrascriptis Senatoribus, videlicet:

rev. Episcopo Comensi,
d. comite Petro de Verme,
d. Palavicino,
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Johanne Jacobo Trivultio,
d. Orpheo de Richavo,

[a] *Segue* etc. *cancellato.* [b] *Parzialmente corretto.* [c] *Su raschiatura.*

d. Petro Landriano,
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonetta

5

D. Jacobo Antiquario, cancellario.

Augustinus de Cosentia, nuncius serenissimi regis Rhenati, Romam pergens, nomine ipsius Regis, hortatus est illustrissimos Principes nostros et Senatores prenominatos, ut sibi caveant a Rege Franchorum, neque sinant sibi verba dari ab eo, quoniam maligno incedit animo et decrevit mittere don Federicum de Aragonia in Pedemmontium, sub specie gubernande regionis, ut se intelligat cum Elvetiis et cum d. Roberto de Sancto Severino contra Statum ipsorum illustrissimorum Principum; neque fidant eidem d. Regi Franchorum D. Florentini, quandoquidem ubi pax erit constituta, consentiet ut mittetur statius eius Reipublicę et periculum imminebit, ne Laurentius interficiatur; item significavit quod rex Ferdinandus agitat de ineundis induciis cum ipso rege Rhenato, qui eas repudiaturus est; postremo, hortatus est ut cum Duce Lothoringę [76] prefati Principes intelligentiam servent adversus Elvetios, quod valde utilis erit; hec, tamen, omnia secreta teneri oravit.

10

15

Expositum fuit quod d. Lanzalottus, Franciscus et Matheus, fratres, filii quondam domini Scaramucie, quod cum sint facturi inter se divisionem omnium bonorum suorum, et locus Carimate obventurus in partem d. Lancellotto, cum nonnullis condicionibus, requisiverunt id concedi posse fieri quibus concessa fuit huiusmodi licentia, sine prejudicio feudi et jurium feudalium Principum nostrorum.

20

25

p 275

Conclusum ne Johannes Petrus Gattus, debitor Marchi Magnaghi, seschalci illustris d. Lodovici, cogatur exbursare pecunias usque ad reditum ipsius Marci, qui non potest redire nunc propter infirmitatem, attento quod [a] assicuratus fuit quod, etiam, transacto termino cridarum, possit impune redire.

Conclusum etiam quod Johannes de Belinzona portet supplicationem Canonicorum Sancte Marie de La Scala porrectam contra presbyterum Thomam de Curte Vicario Archiepiscopali et dicat quod bene examinet, si est idoneus vel ne; et, deinde, faciat super residentia quod juris fuerit, ita etiam magnifici Senatores ipsi Vicario, hesterno [a] die, dixerunt.

30

[a] *Parzialmente corretto.*

35

76. Renato II d'Angiò, conte di Vaudemont, duca: 1473 † 1508.

1479 die primo julii.

Congregatis infrascriptis, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
d. comite Petro de Verme,
5 d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino,
d. Orpheo,
d. Johanne Jacobo Trivultio,
d. Azone Vicecomite,
10 d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Simonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonetta

Phylippo de Comite, canzellario.

15 Conclusum quod dicatur Vicario Capitanei Justicie Mediolani quod si Bernardinus Origonus, detentus pro barraria facta Thome Machagno, et ipse Thomas sunt concordes, prout scripsit Johanni de Belinzona, eum relaxet.

Die II julii 1479.

Congregatis suprascriptis.

20 Conclusum fuit quod d. Antonius de Berceto, d. Scipio Barbavaria, d. Johannes Meltius, d. Johannes Bottus, d. Francischinus de Castro Sancti Petri preficiantur Ordinibus monetarum et zeche; et per eos ordinentur que necessaria erunt.

Eodem die, post prandium. p 276

25 Congregatis iisdem Senatoribus, etc.

Auditi fuerunt Antonius Del Mayno cum advocato suo et d. frater Hylarius Cagnola, occasione dotis, quam petit idem Antonius suprascripto fratri Hilario de eius uxore, quę est soror sua; et demum conclusum fuit quod scribatur Commissario Placentie quod, viso instrumento dicte dotis, faciat assignare

dicto Antonio tot blada, sive nova sive vetera, sive alias res mobiles usque ad satisfactionem.

Super supplicatione Francisci Angussole, conquerentis de fructibus et rebus ablatis per magnificum d. Sfortiam Secundum, conclusum fuit quod scribatur Commissario et Potestati Placentie quod prius cognoscant super spolio; deinde, in reliquis jus faciant. 5

Super querela comitis Johannis Rusche, conquerentis quod comes Petrus Ruscha, frater suus, non satisfecit sibi de termino preterito, conclusum quod scribatur in expedienti forma dicto comiti Petro.

Fuit, deinde, facta declaratio, laudum et sententiam data inter magnificos d. Johannem Lodovicum Palavicinum et d. Palavicinum, fratres, marchiones Palavicinos, de suis differentiis, et facta et acceptata fuit divisio inter ipsos, ut patet instrumento rogato per Antonium Canobinum et Antonium Buccham, notarios mediolanenses, suprascriptis omnibus Senatoribus, nomine illustrissimorum Principum nostrorum, consensum et presentiam prestantibus. 10 15

Die III[a] julii 1479, de mane.

Congregatis infrascriptis:

rev. d. Episcopo Comensi,
d. comite Petro de Verme,
d. Petro Francisco Vicecomite, 20
d. Palavicino,
d. Orpheo,
d. Johanne Jacobo Trivultio[a],
d. Petro Landriano,
d. Azone Vicecomite, 25
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta, d. Bartholomeo Chalco, d. Johanne Jacobo Symonetta } secretariis.

Filippo de Comite, cancellario. 30

p 277 In causa insultus et vulnerum, quę Phylippus Crispus a Johanne Petro Caymo accepisse narravit, iniunctum fuit Capitanei Justicie Vicario, ut procedat ex

[a] *Parzialmente corretto.*

officio et videat relationem, obviam factam per d. Johannem Antonium Sparvariam, sique justa sibi videbitur, eam executioni mandet.

Commissum fuit Marcho Trotto quod apparere et conclusio suprascriptorum Senatorum est quod d. Mariana de Senis permittatur stare in domo sua;
5 et, si eius cognata nolit stare in societate, dicta d. Mariana solvat fictum illius partis, quam tenere non debet.

In causa filiorum d. Lucię de Judicibus seu de Castiliono cum d. Roxana, fuit ordinatum et dictum Marcho Trotto, ducali secretario, quod referat magnificis dominis de Consilio Secreto, ut exequi faciant id quod ordinatum fuit
10 circa removendum illos de illa possessione Bisozoni, qui per d. Roxanam, armata manu, occupaverunt, etc.

Fuit conclusum quod d. Lodovico de Antino, parmensi, attento labore habito in concordando diferentias magnificorum d. Johannis Lodovici et d. Palavicini, fratrum, marchionum Palavicinorum, concedatur libera licentia redeundi
15 Parmam, et in ea standi, per menses duos, itu, mora, et reditu computatis.

Fuit stipulatum compromissum de pace Italica coram illustrissima Domina nostra, rogati Franciscus Ritius et Alexander Colletta, ducales cancellarii et notarii etc.

Die IIII[a] julii, post prandium.

20 Congregatis Senatoribus infrascriptis, videlicet:

rev. d. Episcopo Comi,
d. Palavicino,
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo Trivultio,
25 d. Petro de Landriano,
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonetta

30 Phylippo Ferrufino, canzellario.

Super supplicatione magnifici comitis Petri de Verme et Danielis Radini, apellati Todisci, petentium licentiam deveniendi ad quasdam transationes, occasione quorundam datiorum et bonorum, sitorum in loco de Viragho, Episcopatus Placentie, in quibus est quędam turris de Viragho, pro quibus omnibus erat lis inter suprascriptos, conclusum fuit quod fiat supradicta licentia.
35

p 278

Die V[ta] julii 1479, de mane.

Congregatis Senatoribus infrascriptis, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
d. comite Petro de Verme,
d. Petro Francisco Vicecomite, 5
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo Trivultio,
d. Petro Landriano,
d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Symonetta. 10

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonetta

Francisco Ritio, canzellario.

Fuit conclusum et commissum d. Johanni Baxiano de Laude, ex ducalibus 15 Vicariis Generalibus, quod vadat ad inquirendum et puniendum aspere homicidium [a] commissum in persona Johannis Marie Carnevalis, in territorio Gambaloyte.

Item, super interdicto, quod missum est contra civitatem et Diocesim novariensem, fuit conclusum quod interponatur appellatio et scribatur Vicario, 20 ne permittat cessari a divinis cultibus; et, ulterius, si d. Cardinalis Novariensis fecit fieri hec, accipiatur ei Episcopatus et Abbatia ac omnia beneficia sua, quia hoc est factum in maximam iniuriam illustrissimorum Principum nostrorum.

Iniunctum fuit Phylippo Ferrufino, sic requirente magnifico d. Johanne Angelo de Florentia, ut iret ad Consilium Justicię et dominis de ipso Consilio 25 diceret quod mitterent unum e Secretariis suis ad Comitissam de Mandello, cui inhiberet ne iret, seu aliquos ex suis mitteret domum Ottonis Picenini, laborantis in extremis; nam, si aliquid ex eius hereditate spectaverit filiis ipsius Co- [p 279] mittissę, id integre sibi dari facient; sed domi se contineat, ne scandala oriantur; item, ipsi domini de Consilio mitterent aliquem ex suis domum ipsius Octonis 30 ad faciendum descriptionem omnium bonorum ipsius Ottonis existentium in domo sua; qui Phylippus executus est mandata predicta.

[a] *Nel testo* homicidio

Eodem die, post prandium.

Congregatis suprascriptis.

Intellecta supplicatione Johannis Antonii de Paravisino, qui ob causam, quam habet contra nonnullos de Paravesino, occasione incisionis vitium, alias commissam domino Johanni Antonio Sparvarie non debere removeri e manu dicti d. Johannis Antonii, conclusum fuit quod dicta supplicatio et illa adversariorum, detur ipsi d. Johanni Antonio, committendo sibi quod faciat jus.

Conclusum, presentibus Johanne Botta, Carolo Trivultio et Thesaurario Generali, quod possint impignari exemptiones Bassiano Vistarino et d. Lucię de Judicibus alias de Castiliono cum pacto luendi, etc.

1479 die VI julii, de mane.

Congregatis infrascriptis Senatoribus, videlicet:

d. comite Petro de Verme,
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino,
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo Trivultio,
d. Petro de Landriano,
d. Joanne Angelo de Florentia.

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.

Alexandro Colletta, canzellario.

Super negocio mercati Burgi Vallis Sicidę, audito domino Johanne Advocato[77], nomine Magistrorum Ordinariorum, conclusum quod revocetur suspensio et quod res reducantur ad eum statum, ad quem reducte erant, vigore litterarum signatarum Cichus; et quod homines possint ire pro rebus ad illud merchatum quot voluerint, nonobstantibus aliquibus cridis. p 280

Super querela Johannis Petri Panicharolę, dolentis de retentione salarii in andata genuensi, conclusum fuit quod serventur ordines Camerę.

77. Fu nominato maestro delle Entrate Straordinarie il 25 gennaio 1473.

Eodem die, post prandium.

Congregatis antescriptis, cum interventu rev. d. Episcopi Comi et absente d. Johanne Jacobo Trivultio.

Prepositum fuit de petitione comitis Marsilii Torrelli, qui vellet augumentari in stipendio militari, aut quod tentaret adaptare se ad stipendia Venetorum, conclusum quod concedatur ei licentia conferendi se ad servicia cuiuscumque Potentatus Ligę, etc. 5

Supervenit, postea, d. Johannes Jacobus de Trivultio.

Die VII julii, de mane.

Congregatis Senatoribus infrascriptis, videlicet: 10

rev. d. Episcopo Comensi,
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino,
d. Orpheo,
d. Johanne Jacobo Trivultio, 15
d. Petro Landriano,
d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis. 20
d. Johanne Jacobo Symonetta

Alexandro Colletta, canzellario.

Super diferentia illorum de Paravesino, conclusum quod d. Johannes Antonius Sparvaria faciat jus super suplicatis.

Conclusum quod concedantur littere patentes represaliarum contra Sanctum de Imola et quencumque alium Imolensem propterea quod Gubernator Imolę represaliam fecit contra unum Cremonensem. 25

Heri, Antonius, cancellarius domini Johannis Baptiste de L'Anguillaria, dixit, nomine dicti sui patroni, domino Petro Francisco Vicecomiti et d. Orpheo, ducalibus consiliariis, quod prefatus d. Johannes Baptista non poterat servire illustrissimis Principibus nostris, nisi fiat alia provisio, quia non potest supplere sumptibus, quos facit, et quod pro hac ęstate perseverabit in sue Excellentie serviciis, cum stipendio consueto; transacta autem ęstate, nisi aliter provideatur, discedet. 30

p 181

Eodem die, post prandium.

Congregatis suprascriptis.

Super querela facta per dominum Prepositum Sancti Laurentii Mediolani de carceratione patris Petroni et fratrum de Sabaynis de Guasiomonte prope 5 Varisium, facta per Potestatem Varisii, ordinatum fuit quod scribatur Potestati Varisii quod relaxet patrem predictorum fratrum de Sabaynis, ipso fideiubente de stando et parendo juri et judicato solvendo; et supersedeat a procedendo ulterius adversus dictos fratres, occasione accusę possessionis turbatę; et moneat ambas partes quod huc veniant ad dominos de Consilio castri, intra 10 terminum per ipsum Potestatem ipsis statuendum.

1479 die VIII[a] julii, de mane.

Congregatis infrascriptis Senatoribus, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
d. comite Petro de Verme,
15 d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino,
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo Trivultio,
d. Petro Landriano,
20 d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonetta

25 Alexandro Colletta, canzellario.

Circa negocium sequestri facti per Petrum de Casate contra Johannem Jacobum et filios, alamanos de Cherio, de quo sequestro ipsi supplicantes conqueruntur, quod conclusum ut ipso Alemano satisdante de restitutione rerum ablatarum per nonnullos Bernenses suprascripto Petro [a] juxta declarationem factam 30 in Berna, quod sequestrum revocetur.

[a] *Segue* per *cancellato.*

p 282

1479 die VIII julii, post prandium.

Congregatis antescriptis Senatoribus.

Per Phylippum de Comite

Lectis litteris Magistrorum pro tracta gualdorum loci Novarum, conclusum est, ut rescribatur ipsis Magistris quod servari faciant quod consuetum fuit, vivente illustrissimo d. duce Francisco. 5

Lectis litteris Magistrorum et supplicatione Christofori de Rippa in controversia, quam habet cum illis de Terzago dependentem a quodam decreto, conclusum quod scribatur Thebaldo de Patella et Andreę Oppizono ut, circa ipsius decreti executionem, quod consuetum est, observent.

In causa Signorini de Garbagnate, petentis satisfactionem pecunię sibi assignate pro agro Zardini, super debito quod Catellanus Villanus habebat cum Camera, causa aquę, vivente illustrissimo d. duce Galeazio, conclusum est quod, si confessio ab ipso Signorino levata est, compellatur nominatus Catellanus ad solutionem confessionis levatę. 10

Lectis litteris Jacobi Ambrosii Marchionis de stariis 200 frumenti sibi venditis, quos nollet computari in 300 dono datis, conclusum est quod computari debeant. 15

Super supplicatione d. Gasparis Ambrosii Vicecomitis, conquerentis quod Capitaneus Justicie Mediolani procedat contra Baptistam de Mantello homicidam, propterea quod locus Calvignaschi, ubi habitat dictus Baptista est eius jurisdicionis, et ad eum spectat punitio, conclusum quod committatur Magistris Extraordinariis quod videant cuius sit ipsa jurisdicio, et, si fuerit dicti d. Gasparis Ambrosii, provideant quod non fiat sibi iniuria, providendo interim quod Capitaneus Justicię supersedeat, etc. Admisso et audito d. Petro de Cusano, qui petiit quod mittatur unus ad domum quondam Ottonis Picinini, novissime defuncti, qui describat omnia bona et retineantur nomine illustrissimorum Principum nostrorum, donec videatur de juribus testamenti, conclusum quod deputetur Johannes Chiappanus, etc. 20 25

p 283

Auditis matre et fratre presbiteri quondam Petri Maria de Brusatis, nuper interfecti, conclusum fuit quod scribatur Potestati Mediolani quod procedat ad inquisitionem eius homicidii, servata et non servata juris forma. Auditis supplicatione hominum Canturii et responsione hominum Aliatis, pro causa bovis grassi, conclusum fuit quod causa ipsa committatur confidenti partium, et ita ego Johannes Molus de Belinzona monui solicitatores causę, ut faciant venire quorum interest, die lune proxime, pro commissione facienda; que commissio fiat, non attentis litteris ipsorum de Aliate, quoniam constat illustrem d. ducem Galeaz eas fecisset, ut displiceret d. Francisco de Petrasancta. 30

Per Johannem de Belinzona

1479 die nono julii, de mane.

Congregatis infrascriptis Senatoribus, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
d. comite Petro de Verme,
5 d. Palavicino,
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Orpheo,
d. Johanne Jacobo Trivultio,
d. Petro Landriano,
10 d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonetta

15 Phylippo Ferrufino, canzellario.

Super supplicatione quorundam provisionatorum, commorantium in Bregnano in Therdonensi, pro reprimendis froxationibus bladorum, et petentium condonari sibi partem spectantem Camere pro quodam bottino facto per eos contra quosdam vilicos repertos in fragranti crimine froxationis bladorum,
20 quę pars spectans Camerę ascendit ad summam florenorum XXXIII, ordinatum fuit pro habita prius de hoc participatione cum Deputatis super bladis, quod pars predicta condonetur, pro hac vice, predictis provisionatis, ut in posterum magis inflammentur ad reprimendas froxationes.

Super querela Negrini de La Rocha, armigeri, ad Antonium de Rebocio,
25 ordinatum fuit quod scribatur ipsi Antonino[a] quod restituat ipsi Negrino quicquid habet de suo, ablato per feminam ipsius Antonini prefato Negrino, et caveat, ne minetur eidem Negrino, nec ei offendat.

Fuit vocatus d. comes Carolus Sfortia et admonitus et reprhensus[b] de insultu facto contra Phylippum de Segnia, et fuit ordinatum quod caperetur Perusi-
30 nus, eius famulus, ut castigetur in exemplum aliorum. p 284

Fuit, deinde, ordinatum quod dicatur cum illustrissima Domina nostra ut fiat opportuna provisio temeritati et tristicie istius.

[a] *Corretto su* Antonio [b] *Così nel testo.*

Eodem die, post prandium.

Congregatis antescriptis, excepto d. Palavicino et d. comite Petro de Verme.

Francisco Ritio, canzellario.

Fuit conclusum quod Pasquino Stanghe, officiali bullettarum Cremone, concedatur licentia per quadraginta dies eundi ad balnea Porette, relicto idoneo substituto ad curam dicti Officii, etc. 5

Advenit postea magnificus d. comes Petrus de Verme.

Super supplicatione Petroni et fratrum de Sabaynis, de Cuasiomonte, contra Protonotarium et Leonellum, fratres de Corigio, et super responsione dictorum fratrum, conclusum quod d. Johannes Jacobus de Coconate sumat opportunas informationes et, deinde, referat. 10

Super controversia vertente inter Johannem Antonium Sansonum et Andream de Gallerate, pro quibus auditi fuerunt d. Candidus Porrus et d. Johannes Petrus de Canturio, conclusum quod res remittatur ad Ordinarios.[78]

Fuit conclusum quod scribatur domino Antonio Trotto quod, si Alexander Fulchinus non vult exercere Antianatum, possit substituere Petrum Paulum, eius fratrem; et similiter, vocetur Jacobus Zabolus et admoneatur ad substituendum unum idoneum loco suo in Antianatum. 15

Fuit commissum Tubicinibus ducalibus quod vadant ad faciendum[a] cridam ordinatam in scriptis contra portantes arma et euntes de nocte. 20

Deinde, fuerunt vocati d. Vicarius Archiepiscopalis, d. Potestas et Capitaneus Justicie Mediolani, quibus fuit dictum quod faciant servari dictam cridam et sint in hoc solliciti et viriles; et dictus d. Vicarius dedit licentiam[a] predictis d. Capitaneo et Potestati quod possint impune capi facere quascumque ecclesiasticas personas, euntes de nocte, cum armis, sine lumine et captos faciant ei consignari qui eos castigabit. 25 p 285

Item, habito responso ab illustrissima Domina nostra quod de Perusino, famulo domini Caroli Sforcie, fiat id quod videtur suprascriptis Senatoribus, fuit commissum d. Capitaneo Justicie quod faciat dari eidem Perusino in publico quattuor squassus cordę; deinde eum retineat in carceribus, donec per illustrissimam Dominam nostram fuerit aliud ordinatum. 30

Iniunctum fuit Philippo Ferrufino quod vadat ad Consilium Justicie et dicat dominis ipsius Consilii, ne se impediant quominus ille Francigena, nominatus Alleluya, sit satisfactus a Christoforo de Arientis, quia iniunctum fuit Potestati Mediolani quod taliter provideat quod is Alleluya solutionem suam consequatur. 35

[a] *Parzialmente corretto.*

78. Cioè ai Maestri delle Entrate Ordinarie.

1479 die X julii, de mane.

Congregatis infrascriptis, videlicet:

rev. d. Episcopo Parmensi,
d. comite Petro de Verme,
5 d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Orpheo de Richavo,
d. Johanne Jacobo Trivultio,
d. Azone Vicecomite,
d. Petro Landriano,
10 d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonetta

Alexandro Colletta, canzellario.

15 Super supplicatione Pauli de Pelegrinis, conquerentis quod Commissarius Comi pro sex mensibus citra processit contra ipsum ad bannum vite, absque ulla inquisitione, conclusum quod scribatur predicto Commissario quod constituente se in fortiam aut idonee fideiubente de stando et parendo juri, admittatur ad defensiones suas.

20 Supervenit postea d. Palavicinus.

Eodem die, post prandium. p 286

Congregatis omnibus antescriptis.

Francisco Ricio, canzellario.

D. Johannes Jacobus Symonetta, ducalis secretarius, rettulit, nomine il-
25 lustrissime Dominę nostrę, quod sua Dominatio pro dando exemplo aliis, vult quod comes Carolus Sfortia, filius illustrissimi quondam domini ducis Galeacii, propter scandala, quę comittit continue, die noctuque, insultando et vulnerando, modo unum, modo alium, relegetur Clastigii, cum expresso[a] precepto quod illinc non discedat, sine licentia sue Excellentie in scriptis; et pro
30 confinibus habeat circum circa quinque miliaria, non transeundo citra Padum, sub pena indignationis illustrissime Domine nostrę, et exilii extra Ducale Domi-

[a] *Parzialmente corretto.*

nium; et sic fuit ordinatum, etc.; et fuerunt facte littere, ut infra duos dies discedat.

Item, fuit ordinatum et conclusum quod scribatur Capitaneo Justicie quod banniri faciat extra Dominium illum Perusinum, famulum dicti comitis Caroli.

Lecta minuta litterarum ad Magistros Intratarum Ordinariarum, quibus jubetur, ut in causa Christofori de Rippa contra illos de Terzago, Magistri dispensent contra ordinem de quo disceptant, ea minuta fuit comprobata. 5

Conclusum fuit quod salvusconductus concedatur Franciscę de Sclavonia et eius marito, menses duo valiturus, instante Gregorio de Roxate.

1479 die XI julii, post prandium. 10

Congregatis infrascriptis Senatoribus, etc., videlicet:

d. Episcopo Comensi,
d. comite Petro de Verme,
d. Palavicino,
d. Orpheo de Richavo, 15
d. Johanne Jacobo Trivultio,
d. Petro Landriano,
d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta 20
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonetta

Francisco Ricio, cancellario.

p 287 Zaninus de Vaylate, ducalis provisionatus ad custodiam castri Porte Jovis Mediolani, attulit litteras directivas comiti Carolo Sfortie subscriptas manu 25 illustrissime Domine nostre, quibus relegatur Clastigii[79] dictus comes Carolus; et rettulit dictus Zaninus presentasse dictas litteras in domo ipsius comitis Caroli et, eo non invento, consignasse dictas litteras domine Franciscę eius socrui, quę dixit[a] comitem Carolum non esse in domo, neque scire ubi esset et opinari intra triduum non venturum in hanc urbem. 30

[a] *Parzialmente corretto.*

79. Il feudo di Casteggio era stato acquistato nel 1466 da Angelo Simonetta, padre di Bianca Maria, moglie di Carlo Sforza. In Casteggio permaneva, però, il Capitaneato.

Circa conservationem bonorum quondam Ottonis Pizinini, tam intus quam foris, commissum fuit Johanni Chiappano quod vadat ad Consilium Justicię, dicendo sibi quod provideant circa suprascriptam conservationem, prout eis videbitur ad effectum quod dicta bona non vadant in sinistrum et scandala non
5 sequantur.

Conclusum quod concedatur licentia comiti Lodovico de Valeria eundi Januam, pro nonnullis negociis, per spatium dierum duodecim.

Fuit etiam conclusum quod d. Johannes Jacobus Trivultius vadat cum centum armigeris de Lanceis speciatis et Familia versus Burgum Vallis Tari, pro favore
10 arcis Montistanani; et vadat etiam comes Borella, propter familiares armorum etc., et notificetur d. Marchioni Montisferrati quod exeat in campaniam.

1479 die XII julii [a], post prandium.

Congregatis antescriptis Senatoribus, etc.

Lecte fuerunt plures littere misse a Casalimaiori de multis excessibus et
15 insolentiis secutis; conclusumque fuit ut, pro cognitione et punitione excessum, mittatur d. Luchinus Ferrufinus ad Casalemaius, cum ampla commissione. Per Philippum de Comite

Fuit ordinatum quod d. Johanni Jacobo Trivultio, ituro cum armigeris in Placentinam et versus Burgum Vallis Tarri, fiant littere patentes ample commissionis precipiendi, regendi et puniendi etc.

20 Circa factum Cacialeporę, fuit dictum Christoforo Cambiago quod referat p 288 dominis de Consilio Secreto quod justificent istam rem apud Ducem Sabaudię et eius Consilium, per Aloysium, qui operetur quod de hac re non habeatur amplius molestia, etc.

Advenit postea magnificus Hieronymus Morellus, orator excelse Reipu-
25 blicę Florentinę, qui, de consensu et voluntate suprascriptorum omnium, vocatis magnificis d. Bonifacio Bivilaqua et Cesare Valentino, oratoribus illustrissimi d. Ducis Ferrarie, petentibus restaurum Domini sui de damno illato sibi et suis per illustrem d. Marchionem Mantuę, sive eius comitivam, respondit ipsis, facta prefatione de meritis illius illustrissimi d. Ducis et de benivolentia
30 erga eum etc., quod illustrissimi Principes nostri et excelsi Domini Florentini facturi sunt semper omnia eis possibilia, pro honore et commodo prefati domini Ducis et maxime in rebus iustis et honestis, et quantum ad hoc restaurum, primo, indoluit de casu periculoso et dedecoroso non solum ipsi domino Duci [a] et [a] Marchioni, sed etiam toti Foederi nostro; deinde, dixit quod ad faciendum
35 dictum restaurum erat necessarium, primo, intelligere qui debeat esse judex ordinarius; deinde, intelligatur specifice quantitas damni accepti; et qui dam-

[a] *Nell'interlineo.*

num ipsum dederint et quomodo illatum fuerit; nam iis omnibus intellectis et habito judice, dataque ab eo sententia, illustrissimi Domini nostri non deerunt pro facultate sui ut[a] justicię satisfiat.

Responderunt dicti Oratores Ducis Ferrarię quod scribent hec omnia illustrissimo Domino suo, qui, ut ipsi credunt, de hac responsione contentabitur; 5 et nullos alios volet judices quam illustrissimos d. Principes nostros et excelsam Dominationem Florentinam et quod verificabit omnia etc.

Dixerunt, etiam, quod dictum damnum credunt ascendere ad summam octomiliumquatringentorum ducatorum.

p 289

Per Franciscum Ricium

Illustrissima Domina nostra respondit magnifico domino Cicho de facto 10 domini Johannis Jacobi Trivultii, petentis liberari sibi in totum Vespolate et ipse procurabit accordare Cardinalem Novariensem si quod jus habebit etc., quod sua illustrissima Dominatio prius vult videre an Cardinalis prefatus habeat aliquod jus et eum concordare, si jus habet; et, deinde, faciet cum dicto domino Johanne[b] Jacobo circa petitionem suam, ita quod habebit causam se 15 contentandi. Et predicta fuerunt, die suprascripto, in camera cubiculari sue Excellentie, presente et audiente me Francisco Ritio, et contenta fuit sua Excellentia quod scribatur dominis Magistris quod non molestent ipsum d. Johannem Jacobum de illis trecentis ducatis reservatis ducali Camerę de intratis Vespolatis, quousque fuerit declaratum factum suprascripti domini Cardinalis; 20 quo facto, rescribatur quid faciendum de ipsis 300 ducatis, tam de preterito quam de futuro. Et predicta omnia magnificus d. Cichus rettulit ipsi d. Johanni Jacobo Trivultio, presente me Francisco Ricio suprascripto, in loco Consilii, die suprascripta.

Super querimonia, quam fecerunt heredes quondam comitis Gasparis de 25 Vicomercato et illi de Comite, causa donationis facte per illustrissimos Principes coniugi Johannis Gabrielis Crivelli de quadam pischeria Navigii Binaschi, conclusum est quod scribatur Magistris Extraordinariis, ut jus faciant dictis heredibus et ipsis de Comite, super dicta pischaria; et constito quod ipsi de Comite et dicti heredes essent in vera et juridica possessione ipsius pischerie, 30 ante eam donationem, quod eos non permittant amoveri a possessione, donec de causa fuerit judicatum, ita tamen quod in preiuditium Camere nihil indebitum fiat, in primis advertatur.

[a] *Parzialmente corretto.* [b] *Nell'interlineo.*

1479 die XIII julii, de mane. p 290

Congregatis infrascriptis Senatoribus etc., videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
d. Petro Francisco Vicecomite,
5 d. Palavicino,
d. Orpheo de Richavo,
d. Petro Landriano,
d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Symoneta.

10 D. Johanne Symoneta
d. Bartholomeo Chalco
d. Johanne Jacobo Symonetta } secretariis.

Francisco[a] Ricio, canzellario.

Christoforo de Cambiago fuit data in scriptis conclusio facta heri circa
15 Cacialeporam.

Fuit conclusum quod dicatur illustrissime Dominę nostrę de Carlino Angeli, qui petit poni in loco Gentilini pro squadrerio, si morietur Gentilinus, quoniam dictus Carlinus est idoneus et antiquus servitor etc.

Fuit admissus d. Lazarus Spinula, qui conquestus est locum suum Frascha-
20 tum esse agravatum taxis equorum indebite; ideo, petit eo onere liberari.

Eodem die, post prandium.

Congregatis suprascriptis.

Super supplicatione nobilium Della Cavana, petentium concedi sibi tractam salmarum ducentum frumenti extrahendi ex agro Alexandrino, conclusum
25 est quod eis concedatur dicta licentia.

Guinettus, nuntius et procurator fratrum illustrium de Sabaudia, pro facto possessionis Cacialeporę, comparuit et dixit habuisse a Consilio Secreto conclusionem et responsionem, quę cum sibi non satisfaciat, petit melius provideri, ut ipsi illustres d. fratres, spoliati, restituantur; quod, nisi fiat, protestatus etc.,
30 et maxime de repetendo Melignanum et alia olim spectantia illustrissimę ducissę

[a] *Parzialmente corretto.*

Marię etc.[80]; cui fuit responsum quod illustrissima Domina nostra fecit dictis
p 291 illustribus fratribus suis omnem possibilem favorem in hac materia et plura
non posse facere, quia dicta possessio fuit restituta gratiose illustrissime domine
Ducisse Sabaudię, nuper mortuę; quę dictam possessionem per Ruffinum vendi
fecit; ideo, possunt dicti fratres petere ab illustrissimo Duce Sabaudię restitu- 5
tionem dicte possessionis aut pecuniarum: et si hoc non placet dent Ruffinum
de Muris in potestatem Dominę nostre et cogetur ipse ad restitutionem denario-
rum; et sic fiet restitutio dictę possessionis; et aliter alterari ordines medio-
lanenses et justicia non potest. Circa reliqua responsum non fuit.

Super facto comitis Petri[a] et comitis Johannis fratrum de Ruschonibus 10
circa eorum divisiones etc., fuerunt visa instrumenta divisionum inter ipsos
factarum, tempore illustrissimi domini ducis Galeaz, videlicet, anno 1474,
die quinta et die XXª octobris, seu anno mense et die in eis contentis; quae[a]
instrumenta traddita per ser Johannem de Belinzona et per Phylippum Ferru-
finum, confirmata litteris subscriptis manu propria prefati illustrissimi domini 15
ducis Galeaz; quibus omnibus visis, fuit unanimiter conclusum quod precipiatur
dictis fratribus Comitibus quod inviolabiliter observent dictas divisiones et
instrumenta; et precise declaretur quod comes Petrus prefatus persolvat, sine
aliqua contradictione et exceptione, singulo anno, mille florenos, terminis suis,
ipsi comiti Johanni, eius fratri, prout in ipsis divisionibus et instrumentis con- 20
tinetur, et dictus comes Johannes numquam faciat amplius verbum de arce
Locarni, neque de domo edificata in castello dicte arcis per ipsum comitem Jo-
hannem, ut ipse asserit, immo, si quod jus in ipsis arce et domo pretendit habere,
ex nunc, ei perpetuum imponitur scilentium; et hec omnia observentur ab ipsis,
sub pena privationis feudi. Non interfuit d. Palavicinus huic conclusioni. 25

Die XIIII° julii 1479, de mane.

Congregatis infrascriptis Senatoribus, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
magnifico d. Sfortia Secundo,
d. comite Petro de Verme, 30
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Orpheo de Richavo,
d. Petro Landriano,

[a] *Parzialmente corretto.*

80. Melegnano assegnato alla duchessa Maria dal consorte, duca Filippo Maria. 35

d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
5 d. Johanne Jacobo Symonetta

Francisco Ritio, canzellario.

Admissus fuit d. Vicarius provisionis Mediolani[81], qui rettulit ea quę sunt in facto circa causam vertentem inter Laurentium de Reate et Galvanum Cantellum occasione ferrerie; et legit litteras alias scriptas per illustrissimum quondam d. ducem Galeacium et litteras scriptas per illustrissimos Principes nostros confirmatorias eiusmodi litterarum. Omnibus itaque bene intellectis, conclusum quod idem d. Vicarius faciat jus et debitum suum, quia res remittitur ad ipsum. p 292

Dolente Capitaneo Justicię Mediolani de salvoconductu concesso Franciscę de Sclavonia et marito suo, conclusum fuit ut committatur Potestati Mediolani quod ipsum salvumconductum, videlicet, intimet dies contramandi.

Fuit conclusum quod detur copia comitibus Petro et Johanni de Ruschonibus, fratribus, de conclusione facta eri circa eorum diferentias et quod scribatur dicto comiti Petro quod omnino satisfaciat ei de denariis termini proxime preteriti de illis mille florenis.

Super supplicatione Universitatis Hebreorum, conquerentium expelli de camera, quam habent in Hospitio Cervie Mediolani[82] etc., fuit conclusum quod remittatur ad dominos de Consilio Secreto quod non permittant eos expelli, sed quod habeant dictam cameram juxta consuetum pro tempore, quo eam conduxerunt.

Eodem die, post prandium.

Congregatis suprascriptis omnibus.

Fuit conclusum quod scribatur Zanino Barbato quod vadat ad magnificum d. Petrum Mariam Rubeum ad examinandum illos detentos Berceti, quorum, alter est famulus Ducis Bari, alter est ex bannitis Burgi Vallistarri; et eorum examina ponat in scriptis et huc ea mittat; et scribatur Referendario quod ei

81. Pietro Pasino degli Eustachi, giureconsulto, nominato il 5 gennaio 1477.

82. Della contrada, in quel di Monforte, è rimasto nella toponomastica milanese la via della Cerva. Gli Ebrei erano ben visti dagli Sforza, che ne favorirono l'apertura di banchi nello Stato. I carteggi sforzeschi offrono argomenti di grande importanza politico-finanziaria.

provideat de denariis, pro tribus equis, pro diebus quattuor et equi mutuentur a Gubernatore Parme; et examinet predictos diligenter et caute, cum uno deputando per magnificum Petrum Mariam prefatum, remotis aliis; et omnia teneat secreta etc.

p 293 Ordinatum fuit quod supplicatio Juliani Gallerani, exhibita adversus Facium Galleranum, mittatur dominis de Consilio Secreto, quibus dicatur taliter provideant quod is Julianus juste conqueri nequeat. 5

Fuit etiam conclusum quod respondeatur domino Gubernatori Parmę quod circa illum Baptistam de Cassio, detentum propter sodomiam supersedeat, retinendo ipsum sine lesione, quousque aliud ei scribatur. 10

Circa diferentiam illius famuli Francescheti de Arquate et famuli Castellani Portę Novę, procuret ipsos pacificari.

Fuit etiam conclusum quod d. Lodovico Balduchino concedatur quod possit filium redeuntem et revocatum de castris d. Roberti Severinatis receptare impune, sed advertat ne veniat ad malum finem et cavere de hoc faciat patrem suum. 15

1479 die XV julii[a], de mane.

Congregatis infrascriptis, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
d. Petro Francisco Vicecomite, 20
d. Orpheo de Richavo,
d. Petro Landriano,
d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta, d. Bartholomeo Chalco } secretariis. 25

Francisco Ricio, cancellario.

Presentibus:

d. Johanne de Meltio, d. Johanne de Cusano, d. Johanne Botto et d. Johanne Advogadro } magistris Intratarum ducalium. 30

et Antonio de Landriano, ducali generali thexaurario.

[a] *Parzialmente corretto.*

Fuit conclusum quod sit bonum dare[a] zecham pro deliberata illi qui, ut asserit d. Petrus Franciscus Vicecomes, offert mutuo dare Principibus nostris quattuormillia ducatorum, cum interesse unius pro centenario; et quando ibit ad possessionem dicte zechę donabit quingentos ducatos Principibus nostris 5 et fabricari faciet monetas et ducatos cum capitulis ostensis per Johannem de Cusano. Et ita fuit deliberatum etc.

Ad requisitionem domini Alexandri de Raude, fuit conclusum quod ser Johannes de Belinzona vadat ad Commissarios cause vertentis inter Ordinarios Ecclesie Maioris Mediolani et ipsum d. Alexandrum et alios de Raude, et dicat 10 eis quod expediant dictam causam quanto celerius fieri potest, faciendo id quod justicia et debitum suum postulat. p 294

Fuit concessa licentia Johanni de Novate eundi ad Sanctum Jacobum de Galitia.

Circa causam vertentem inter d. Capitaneum Justicie Mediolani et Grego- 15 rium de Rosate, conclusum quod mittatur ad Consilium Justicię, cui dicatur quod intimatio fuit facta dierum contramandi salviconductus Francisę de Sclavonia et asserto eius marito; pro qua intimatione conquestus est suprascriptus Gregorius; et, ideo, remittitur ad ipsos de Consilio Justicie quod circa revocationem huiusmodi intimationis, sive confirmationis, sive prorogationis, 20 et, ita, circa omnia merita cause, auditis partibus, faciant prout eis visum fuerit.

Fuit commissum d. Francisco Malette, ducali consiliario, ut vadat Novariam pro illo interdicto apostolico, misso illuc, cum ampla commissione ei in scriptis facienda; et, ut provideat ne desistatur a divinis, pendente appellatione 25 interposita a dicto interdicto; et ducat secum provisionatos, quos logiet secum in domibus Canonicorum etc.

1479 die XVI julii, de mane.

Congregatis infrascriptis, videlicet:

magnifico d. Sfortia Secundo,
30 rev. d. Episcopo Comi,
d. comite Petro de Verme,
d. Petro Francisco Vycecomite[b],
d. Palavicino,
d. Orpheo de Richavo,
35 d. Petro de Landriano,

[a] *Nell'interlineo.* [b] *Parzialmente corretto.*

d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonetta 5

Alexandro Colletta, canzellario.

Super petitione Frabricii Elphytei, qui petit non retineri sibi medietatem p 295 provisionis, pro andatis per eum factis, conclusum quod non retineatur sibi dicta medietas hinc retro, sed tractetur dictus Fabricius prout tractatus fuit Christoforus de Cambiago; in futurum, postea, poterit fieri aliqua provisio. 10
Fuit auditus d. Minettus super re interdicti publicati Novarię, et quia est advocatus Canonicorum, et negocium est Statui periculosum, cum suspitio sit ipsum d. Minettum favisse opinioni Canonicorum, fuit ei preceptum ne Mediolano discederet, sine Principum licentia expressa.
Fuit conclusum quod scribatur Gubernatori Parmę quod astringat Antianos 15 ad faciendum murum, quem tenentur facere super Parma, nę rocha Porte Novę offendatur; et scribatur Antianis quod cum adiunctis possint assicurare Thesaurarium pro sex mensibus ultimis, ad hoc ut exburset denarios necessarios dicte fabricę.
Item, quod scribatur Donato Maynerio quod subito faciat aptari illud fon- 20 damentum muri ruynati ab aqua Parme intra turrim de medio et turrim diaboli.

Eodem die, post prandium.

Congregatis suprascriptis.

Super supplicatione Johannis de Ferrariis, mediolanensis, conquerentis se de causa matrimoniali trahi in Curiam Romanam a quadam Catherina de Ca- 25 thaneis, fuit decretum quod Iconomi Mediolani inhibeant, sub pena decretorum, ipsi Catherine et agentibus pro ea, ne presumant trahere in Curiam Romanam prenominatum Johannem, sed faciant causam remitti intra Dominium, ubi est copia peritorum et ubi ministrabitur justicia.
Fuit conclusum ut scribatur Magistris Intratarum quod expediant intra 30 quatriduum controversiam, quam habent incantatores salis bergamini cum Antonio de Busti, semotis affinibus partium.
p 296 Super supplicatione quorundam de Burgo Sancti Donini, conquerentium de usurpationibus quibusdam factis per nunc quondam d. Johannem de Scipiono, ordinatum fuit quod prefata supplicatio mitteretur dominis de Consilio 35 Justice, quibus diceretur quod, vocatis heredibus ipsius domini Johannis, taliter providerent quod nemini justa querele causa relinqueretur.

Die XVII julii 1479, de mane.

Congregatis infrascriptis Senatoribus, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
magnifico d. Sfortia Secundo,
5 d. comite Petro de Verme,
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino,
d. Orpheo de Richavo,
d. Petro Landriano,
10 d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonetta

15 Francisco Ricio, canzellario.

Presentibus etiam d. Magistris Intratarum, fuit conclusum quod zecha detur Johanni Antonio de Castiliono et sociis cum capitulis, ibidem lectis, et presertim mutuantibus ducatos quattuormille cum interesse unius pro centenario, mense quolibet, et donantibus quingentos ducatos; et sic fuerunt commisse
20 littere opportune.

Supervenit magnificus Hieronymus Morellus, orator florentinus, qui fecit legere litteras Decem Baylie ad eum directive, continentie quod reperiunt[a] res suas in maxima dificultate, propterea quod habent Gentes et Exercitum suum tripartitum super Monte Imperiali, in Perusino, et per modum quod non est p 297
25 sufficiens ad superandos et convincendos inimicos, quando remaneat tripartitus, nec unire possunt ambos Exercitus propter discordiam Ducis Ferrarię; proinde, Domini Florentini petunt consilium a Dominis nostris; et item requirunt quod fiat talis provisio quo ad res Lunenses, quod domini Florentini possint uti beneficio comitive Bentivoliensis et suis armigeris, qui illic sunt ad be-
30 neficium impresie Lunensis, ad effectum quod ex istis armigeris possint validare Exercitum suum.

Fuerunt admissi magnificus dominus Antonius de Berceto et d. Johannes Angelus de Florentia, de Consilio Secreto, et d. Alexander de Raude de Consilio Justicię, qui circa querelam expositam hic, nomine Collegii doctorum Me-
35 diolani, de commissionibus quas accipiunt dicti Magistratus contra decreta

[a] *Segue* reperiunt *cancellato*.

etc., responderunt, nomine dictorum Consiliorum, quod ipsi non credunt fecisse unquam aliud in damnum ipsius Collegii, immo potius in honorem et commodum, et sic semper perseverabunt; et statuerunt inter ipsos, de comuni consensu, et in posterum non accipient aliquas commissiones causarum, sed eas remittent ad Ordinarios et deportabunt se taliter quod non habebunt ipsi de Collegio justam causam querelę. Quibus auditis, fuit conclusum quod si redibunt dicti de Collegio remittantur ad prefatos de utroque Consilio, qui eis faciant bonam et justificatam responsionem, ita quod non habebunt amplius materiam molestandi illustrissimos Principes nostros, nec hos Senatores, pro hac re.

Ad requisitionem Joannis Botte, conclusum fuit quod scribatur Commissario Alexandrię quod debeat accipere fidelitatem, nomine illustrissimorum Dominorum nostrorum, ab ea parte hominum loci Dernisii, que fuerat quondam Barnabe Spinulę.

p 298

Eodem die, post prandium.

Congregatis suprascriptis Senatoribus.

Fuit admissus magnificus Hieronymus Morellus, orator florentinus, et ei fuit responsum in scriptis ad ea, quę hoc mane proposuerat; quae responsio est in filzia[a]. Qua responsione in scriptis audita, ipse magnificus Orator dixit quod illustrissimi domini nostri Duces defecerant in tribus, videlicet: primo, quod non adimpleverant capitulum Ligę Generalis; secundo, quod promiserant dare, hoc anno, Dominis Florentinis eam quantitatem subsidii, quam dederunt anno preterito; ultimo, quod promiserant prefati illustrissimi Domini nostri mittere comitivam domini Joannis de Comitę in Lunensem ad effectum quod comitiva d. Joannis de Bentivoliis posset ire ad uniendum se cum alio Exercitu in Thuscia etc.; quibus omnibus, per d. Cichum responsum fuit opportune cum maxima justificatione.

In facto illius incendii, quod d. Angelus de Birago conqueritur factum esse per Joannem Antonium de Birago, auditis partibus, fuit conclusum quod res remaneat in domino[a] Capitaneo Justicie, cui fuerat a principio[b] commissa[c], et coram quo inceptum est in causa procedi; et dicatur ipsi d. Capitaneo quod viriliter procedat et jus ministret.

[a] *Parzialmente corretto.* [b] *Su raschiatura.* [c] *Segue* fuit *cancellato.*

1479 die XVIII julii, post prandium.

Congregatis infrascriptis, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
d. comite Petro de Verme,
5 d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino,
d. Orpheo de Richavo,
d. Petro Landriano,
d. Azone Vicecomite,
10 d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonetta

Francisco Ricio, canzellario.

15 Fuit conclusum ad querelam domini Angeli de Birago quod super incendio, de quo supra fit mentio, Capitaneus Justiciae et d. Johannes Antonius Sparvaria simul cognoscant et jus faciant, aut solus Potestas Mediolani id faciat; et hoc ut neutra partium juste conqueri possit. p 299

Die XVIIII[a] julii 1479.

20 Congregatis suprascriptis.

Fuit conclusum quod de frumento Abbatiae Clarevallis, quod est Berceti, dentur hominibus Bollani staria 400; quod frumentum ipsi homines conducant Bolanum; et, similiter, centum staria dicti frumenti dentur Castellano Bollani, conducendum ut supra.

25 Fuit conclusum quod causa Cantorię Alexandrię inter illum de Inviciatis et illum Pontremulensem non permittatur trahi in Curiam Romanam, sed committatur in Dominio; et de fructibus responderi faciat ipsi de Inviciatis, ut per litteras ducales fuit ordinatum, diebus superioribus.

Eodem die, post prandium.

Congregatis infrascriptis, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
d. comite Petro de Verme,
d. Palavicino, 5
d. Orpheo de Richavo,
d. Petro Landriano,
d. Azone Vicecomite,
d. Cicho Symonetta.

D. Joanne Symonetta 10
d. Bartholomeo Chalco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonetta

Francisco Ritio, cancellario.

Fuit conclusum quod omnes squadrerii et pedites, qui erant in Montetanano propter proditam illam arcem, priventur suis stipendis et cassentur in 15 (p 300) totum et de residuo sui stipendii non detur aliquid, et eorum loco substituantur illi balistarii parmenses et alii, boni, fidi et strenui; et ita fuit commissum ser Alexandro de Fulgineo.

Fuit conclusum ut scribatur d. Gubernatori Parmę quod illis stafferiis Comitum de Torellis jus faciat; et quod circa illos, qui se absentarunt tempore 20 Bonarelli, a Parma, qui nunc vellent redire, supersedeant etc.

Fuit conclusum quod illi de Porta Comensi, qui inter se percussi sunt, remittantur ad Potestatem Mediolani, qui, auditis partibus, justiciam ministret, ita quod delictum non transeat impunitum.

Item, fuit conclusum quod Capitaneus Justicię intelligat insultum et male- 25 ficium commissum per Augustinum Martini de Carugo, cum sociis, in personam Ambrosii de Vicodeserto, et jus faciat viriliter, ita quod[a] transeat aliis in exemplum.

De Francisco Del Carretto, qui perseverat in tacendo ea, quę scire ab eo volunt Principes nostri, pro interesse Status sui etc., fuit conclusum quod om- 30 nino eruatur ab eo veritas, etiam cum rigore; et ita fuit commissum Laurentio Ciserano.

In facto filii Johannis Marię Carimalis fuit conclusum quod scribatur domino Johanni Baxiano quod non procedat ulterius in causa homicidii dicti Johannis Marię, sed veniat statim huc cum actis etc. 35

[a] *Parzialmente corretto.*

Super petitione Joannis de Paganis, castellani arcis Sanctę Crucis de Parma, volentis maritare neptem suam Francisco Cerado, fuit conclusum quod respondeatur quod propter ordines Castellanorum non potest facere hanc affinitatem in civitate, ubi est castellanus, neque in circonstantiis, ideo concedi quod petit, nisi velit statim ex illa arce removeri.

Nicolinus de Mortario auditus fuit; qui conquestus est quod Magistri Intratarum non volunt facere bonos in rationibus et computis suis illos centum ducatos, quos sibi abstulit Joannes Aloysius de Flisco; cui Nicolino delatum fuit juramentum per Alexandrum Collettam, si dicti centum ducati erant illustrissimorum Dominorum nostrorum vel sui; et ipse Nicolinus jure jurando affirmavit quod erant eorum Excellentiarum; ex quo conclusum fuit quod opportune scribatur ad Magistros Intratarum quod ponant istos ducatos centum, pro expensa consumata.

Super confirmatione et concessione Polignani, alias donati Joanni Petro Bergamini per nunc quondam illustrissimum d. ducem Galeaz etc., ordinatum fuit quod ipsi Joanni Petro, pro se et filiis suis legitimis et descendentibus, fiat ipsa confirmatio et concessio, non solum de intratis et redditibus ipsius Polignani, prout antea sonabat donatio predicta[a], sed etiam de fundo et proprietate ipsius Polignani, ut calescat animis bonificandi ipsa bona Polignani.

Super supplicatione Luchini Trincherii et Jacobi de Fagnano in causa, quam habent cum Donato de Comite, ordinatum fuit quod mittatur ipsa supplicatio Magistris Intratarum Ordinariarum, ut taliter provideant quod neutra partium juste conqueri possit.

Congregatis infrascriptis Senatoribus, die XX julii, de mane, videlicet:

rev. d. Episcopo Comensi,
d. Petro Francisco Vicecomite,
d. comite Petro de Verme,
d. Azone Vicecomite,
d. Orpheo de Richavo,
d. Petro Landriano,
d. Cicho Symonetta.

D. Joanne Symonetta
d. Bartholomeo Chalco
d. Joanne Jacobo Symonetta
} secretariis.

Francisco Ricio, cancellario.

[a] *Su raschiatura* dicta

p 302 Fuerunt auditi d. Bonifacius Bivilaqua et d. Cesar Valentinus, oratores illustrissimi domini Ducis Ferrarię, qui legi fecerunt litteras prefati domini Ducis Ferrarię circa judicium suum de illis squadris, quas Domini Florentini unire vellent cum Exercitu in Perusino. Ad quae omnia fuit responsum quod illustrissimi Principes nostri de hac re remittunt se judicio eorum qui sunt in facto, 5 sed dolent quod illi Esercitus nihil faciant, in quo lęditur honor et dignitas illustrissimę Ligę et prefati illustrissimi domini Ducis.

Deinde, prefati domini Oratores legi fecerunt alias litteras prefati illustrissimi domini Ducis, conquerentis de responsione sibi facta circa petitum restaurum damnorum illatorum per d. Marchionem Mantuę etc., petendo fieri cum 10 effectu dictum restaurum per illustrissimos Principes nostros etc.; fuit circa hoc responsum quod legant ipsas litteras Oratori florentino, deinde erunt simul et opportune respondebitur.

Auditis agentibus pro partibus infrascriptis, scilicet, Thoma Grasso et Susana eius sorore, in causa, quam habent invicem, conclusum quod mittatur 15 ad Consilium Secretum cum his verbis, videlicet: quod he partes sunt audite hic in Consilio castri et quod visum est remittere partes ad ipsos de Consilio Secreto.

Item, fuit ordinatum quod Vicario seu Guardiano Sancti Angeli dicatur quod mittat extra hoc Dominium fratrem Pacificum, qui predicavit super 20 illo interdicto Novarie etc. et alias obloqutus est de duce Galeaz.

Eodem die, post prandium.

Congregatis suprascriptis omnibus.

Fuit licentiatus d. Prepositus Vigleveni, cum hoc quod ad celebrandum, nonobstante interdicto Pontificis, a quo est appellatus etc. 25

COMPLEMENTI

1.

(ASMi: Archivio Ducale *Potenze Sovrane* f 1463)

1479 die 18 februarii.

Reverendo Padre, magistro Alexandro.

5 Nuy havemo largamente et pienamente inteso quanto, in nome de la Maestà del serenissimo vostro signor re Ferrando, copiosamente con grandissima elegantia, gravità et modestia ne haveti exposto, prima visitandone et salutandone cordialmente et con grandissima carità et paterna dilectione, poy commemorando li infiniti et immortali beneficii recevuti per essa Maestà da l'illu-
10 strissimo de felice memoria signore duca Francesco, nostro socero et avo observantissimo, adducendo in signo de gratitudine quello che essa Maestà fece in la morte d'esso signore duca Francesco in havere tolto la protectione di questo Stato, mandato galee ad Zenoa, tolto le arme contra Bartholomeo de Bergamo, et facto altre amorevole demonstratione; postmodum intrando ad condolervi,
15 in nome del prefato vostro signore Re, de molte iniurie che soa[a] Maestà asserisse esserli state facte da l'excellentissimo quondam signore duca[b] Galeazo[b], nostro consorte et patre, sì quando el dede susidio[c] de[c] dinari[c] al re[d] Renato contra el re de Aragona, sì quando fece la liga con Borgogna, seando[e] don Fedrico[f] in camino per andare al tunc Duca de Borgogna et, demum, quando
20 fece, similiter, liga con Venetiani, monstrando che de ciò la Maestà soa venesse ad essere molto iniuriata et l'honore suo molto leso, descendendo vuy, ultimate, ad[b] agravarvi[b] che al tempo nostro se sia cazato messer Karlo di Manfredi dal Stato de Favenza, suo ricomandato et mettuto in signoria messer Galeoto, dicendo[g] anchora[g] che la Maestà sua dal canto suo serà apparechiata venire a la
25 reintegratione con nuy de l'antiqua et mutua nostra amicicia, subiungendo vuy che la ce riccommanda li illustri nostri cognati et barbani, pregandone in nome

[a] *Sopra* essa *cancell.* [b] *Agg. nell'interlineo.* [c] *Nell'interlineo, sopra* adiuto *cancell.* [d] *Segue* Fernando *cancell.* [e] *Sopra* quando *cancell.* [f] *Segue* era *cancell.* [g] *Nell'interlineo sopra* con intrar poy ad dire *cancell.*

del prefato vostro signore Re che li vogliamo recevere ad gratia et admetterli al governo del Stato nostro insieme con li altri nostri Consiglieri etc. Le quale tutte cose, in substantia, ne pare siano contenute in la expositione vestra, benchè da vuy siano state exposte con grandissima gravità et molto ornato de[a] parole[a], como è dicto. Sopra che, havendo nuy facto maturo pensero et consyderatione, secundo che rechiede la natura de la ambassata ne ressolvemo et la risposta che diremo qui appresso: nuy veramente havemo visto volentieri la Reverentia vestra, sì per rispecto de la Maestà del signor Re, che vi manda, sì per rispecto de la dignità[a] de[a] la[a] persona vostra; et comenzando alla commemoratione, che essa Maestà per il mezo vostro ce fa fare, de li beneficii recevuti dal quondam illustrissimo signor duca Francesco, nostro socero et avo, dicemo che in questo essa fa da digno et grato Principe et como se convene a l'honore suo, persuadendone[b] che tale comemoratione proceda da una vera et sincera dispositione de core, che essa Maestà dice[c] havere[c] verso nuy; et se per signo de recognitione et gratitudine quella fece in beneficio de questo nostro illustrissimo Stato poso la morte del prefato nostro socero et avo, non po' se non havere acquistato commendatione et gloria, benchè in havere preso le arme contra Bartholomeo da Bergamo vene non mancho ad havere facto beneficio et proficuo ad essa Maestà che ad nuy[d], perchè così gli era lo interesse suo como el nostro, imperochè Bartholomeo se deliberava de andare in lo Reame.

Quantum a le iniurie et offese che essa se pretende havere recevuto dal quondam excellentissimo Signore nostro consorte et patre, ut supra, dicemo che ad nuy non staria sapere dare interpretatione del fine ad che soa Excellentia se mosse ad fare quello che le fece, ma bene ardiressemo de dire che como prudentissimo signore che l'era, non faceva cosa se non ad bono fine et non con intentione de fare[e] iniuria a la soa Maestà, nè offendere l'honore suo; et, se alle volte la Excellentia soa incorreva in qualche parole del signore Re, piutosto procedeva, parendoli che la non fosse così extimata et reputata, como seria stato conveniento a la dignità de la persona et del Stato suo, non mancho per li beneficii per soa Maestà recevuti dal prefato quondam nostro socero et avo quanto[f] per[g] la strecta coniunctione et mutui oblighi, hinc inde, che per alcuna malignità, nè iniquità; et se dicto nostro consorte et patre fosse vivo, ne rendiamo certi saperia molto bene rendere concto de si stesso et de le cose ch'el faceva; et se lo prefato vostro signore Re vole dare carico ad nuy de le cose de Favenza, veramente la non ne ha alcuna rasonevole casone; et in questo possemo molto bene justificarse, como etiam più volte havemo facto et ultimate col mezo de messer Antonio da Trezo, ambaxatore de la Maestà soa, al quale des-

[a] *Agg. nell'interlineo.* [b] *L'agg. di sopra* con demonstratione *è cancell.* [c] *Nell'interlineo sopra* ha(vere) *cancell.*; *tra* dice *e* havere, *era stato scritto* monstrare *poi cancell.* [d] *Segue* perchè se Bartholomeo havesse obtenuto victoria, non se seria forsi contentato de questo ma se seria anchora voltato adosso ad quella *cancell.* [e] *Segue* dispiacere *cancell.* [f] *Da* non mancho *agg. in margine e in prosiegno sulla p.* 9 *del quaterno.* [g] *Precede* et item *cancell.*

semo in scritto tutte le justificatione nostre, che erano de natura che[a] rasonevolmente[a] non[a] se[b] possevano reprovare, ma per conclusione vi dicemo che esso prefato signore Re non se ha ad dolere in ciò, salvo del Papa, quale ha causato et governato tutta questa materia, insieme col conte Hieronymo; quale Conte poy ne hebbe Val de Seno; et da, l'altro canto, esso Papa ha confirmato messer Galeoto; quale cose dano evidentia donde sono causate[c].

Restace hora venire a la particularità de li cognati et barbani nostri, quali tanto caldamente et strectamente ce ricomandati per parte del prefato signore Re, allegando in loro favore molte rasone, etcetera; et per fare circa ciò particulare risposta, dicemo che una de le mazori et principali consolationi che ad nuy pareva possessimo havere doppo lo infelicissimo et lachrimoso caso de la morte del quondam excellentissimo Signore nostro consorte et patre si era la speranza che nuy havevamo in dicti nostri cognati et barbani, presupponendone et tenendo per certissimo che havessero dovuto pigliare quella speciale et cordiale cura de nuy et Stato nostro, sinceramente et integramente, che richiedeva la fradellanza et coniunctione è fra nuy et che rechiedeva lo debito et honore loro; ma multo presto fussemo astrecti ad cambiare tale consolatione et speranza in affano et cordoglio et amaritudine, imperochè poy furono ritornati de Franza, non havuto rispecto al vinculo de la fidelità havevano como vassalli prestato[d] in mano del prefato Signore nostro consorte et patre, nè anchora ad quello che, imediate, poso tale ritornata fecero ad nuy, comenzorno ad mettere li suoy penseri et designi al male operare; et così may non fecero che operare et machinare male, tuttavia, con ogni loro inzigno et sentimento, praticando de toglierne[e] el[e] Stato[e] per farsi Signori, fin ad pigliare le arme in mano et togliere una de le porte di questa nostra inclyta città, como po' rendere bona testimonianza lo magnifico messer Antonio Cincinello, che al tutto fu presente et al quale essi nostri cognati[f] et barbani apersero il tutto, mediante le quale inique et maligne operationi, quale non se possono ascondere, perchè per littere de loro mano le faremo constare, ultra che ad Mantoa, quando andavano a le confini confessarono de plano el tutto ad quello signore Marchese[g]. Rasonevolmente haveriamo dovuto fare verso loro ogni aspra demonstratione per punitione delli loro errori, sì per secureza de le persone nostre et conservatione del Stato nostro, quanto per sastifactione del debito et de la justicia, como fece lo prefato vostro signore Re contra el cognato Principe de Rossano et altri Signori et Baroni del Reame, conspiratori contra la Maestà soa, et como fece lo illustrissimo signore duca Hercule ad messer[h] Nicolò[h], ma per non imischiarne nel sangue nostro proprio, volsemo più presto devenire a li termini de la cle-

[a] *Agg. a margine con intintura di penna diversa da quella del testo, ma dalla medesima mano.* [b] *Precede*: a) *sul rigo* che male *cancell.*; b) *nell'interlineo* justamente non *cancell.* [c] *Da* insieme *agg. nello spazio dall'una all'altra* propositio *come alla nota* [a]. [d] *Da* imperochè *sottolineato.* [e] *Agg. a margine.* [f] *Da* et *agg. nell'interlineo.* [g] *Da* quale *agg. a margine con segno di richiamo.* [h] *Nell'interlineo, sopra* fratello etc. *cancell.*; *dopo* Nicolò *l'agg. interlineare (quindi cancell.) continuava* et de messer Alberto suo fratello.

mentia et bontà che farli altra aspra punitione, como meritavano; et così, senza farli altra novità, nuy gli dessemo le confini con haverli [a] deputati con decente et honorevole provisione, como ognuno sa; ma, non pare che quanto più clementia habiamo usato verso [a] loro [a], tanto mancho essi habiamo corresposto alla bontà nostra, imperochè novamente hano rotto le confini et unitesi con li altri inimici et rebelli nostri ad fare contra nuy et Stato nostro signo et evidentissimo argumento de la loro perfidia et maligna despositione con havere etiam mandato cride et scripture intorno ad desfavore del pacifico del Stato nostro, como vi habiamo facto vedere, del che etiam vi habiamo facto dare la copia [b]; bene ve facemo questa conclusione che quando nuy vedremo che essi cognati et barbani nostri [a] ritornino alli loro confini et attendono ad operare meglio non hano facto fin qui, alhora pensaremo de fare verso loro [c] secundo che la rasone ne persuaderà.

Postremo, quanto a la bona dispositione et modo quale monstra la Maestà del vostro signore Re alla reintegratione de l'amicitia et coniunctione nostra, dicemo che non possemo se non ringratiarla de questa soa optima voluntà et inclinatione, parendone che in ciò la faci quello se [d] apartiene a l'honore suo, ma judicamo seria stato meglio et seria stato più evidente demonstratione de tale suo bono animo, quando se fosse abstenuto de fare contra el Stato nostro quello ha facto, che ne pare sii el contrario de quello che vuy ce haveti exposto et predicati de l'amore et carità d'esso prefato signore Re verso nuy, che como non po' negare soa Maestà, ley è stata quella che n'è facto perdere Zenoa, et non contenta de questo, ce mantene et nutrisse tuttavia [e] la guerra in Lunesana et [a] con essere anchora [a] stata ley quella che ha inducto li cognati et barbani nostri ad unirsi con li altri inimici et rebelli nostri, como è dicto; et tutte queste cose possemo dire col vero ce fa et fa fare senza che may gli ne habiamo dato alcuna legitima casone; anzi sempre da nuy non è may manchato de havere et tenere la Maestà soa in quello loco et reverentia che se convene ad figlioli verso il patre, como sempre l'havemo reputato, subiungendovi che perochè l'è stata casone de fare el male dicto de sopra, così ad recuperare tale infamia et carico doveria operare de redure le cose nostre [a] a li [f] primi termini pacifici che erano a li XXI de aprile proxime passato indreto [g], perchè la trovarà che sempre seremo contenti de venire ad una bona pace, la quale hora tuttavia [a] se tracta per mezo de li Ambaxatori del christianissimo signore Re de Franza ad Roma col Papa et prefato re Ferando; et za li Ambaxatori de la nostra illustrissima Liga sono in camino per andarli et per vedere de redurla ad bono effecto; de la quale non se ha ad sperare se [a] non [a] bono fine, quando che ogniuno gli venghi con quella vera dispositione che facemo nuy; et seguendo tale pace, alhora

[a] *Agg. nell'interlineo.* [b] *Da* con honore *agg. a margine con segno di richiamo.* [c] *Segue* quello ne parerà ch'el debito nostro vorà de la justicia et honestà permette *cancell.* [d] *Segue* recerca *cancell.* [e] *Agg. a margine.* [f] *Segue* primi *cancell.* [g] *Da* pacifici *agg. a margine con segno di richiamo.*

nuy servaremo[a] verso la prefata Maestà soa quelli termini che se deveno servare fra li coniuncti et parenti, como siamo nuy con quella, et sempre gli seremo boni figlioli affectionati et parenti[b].

Die XVIII februarii 1479 post prandium lecta fuit ipsi magistro Alexandro
5 de Ancona coram illustrissima domina nostra Ducissa Mediolani, presentibus infrascriptis, per me Alexandrum Collettam, et postea die XVIIII° data fuit dicto magistro Alexandro:

domino Sfortia Secundo,
d. Episcopo Comensi,
10 d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino,
d. Orpheo,
d. Johanne Jacobo de Triulcio,
d. Petro de Landriano,
15 d. Azone Vicecomite,
d. Cicho.

D. Johanne Symonecta
d. Bartholomeo Calco } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonecta

20 **2.**

(ASMi: Governo *Uffici Giudiziari* f 168)

Die XXIII junii 1479 de mane in loco consueto Senatus.

Congregatis infrascriptis[c]:

d. Episcopo Comensi,
25 comite Petro de Verme,
d. Petrofrancisco Vicecomite,
d. Palavicino,
d. Orpheo,
d. Johanne Jacobo de Triulcio,
30 d. Petro de Landriano,

[a] *Nell'interlineo, sopra* faremo *cancell.* [b] *Segue cancell.* quello che se convenerà a la natura de la coniunctione nostra et de questa nostra bona voluntà et perfecta dispositione ne poreti parlare largamente con essa Maestà, perchè così è in effecto. [c] *Segue nell'ampio interlineo, a metà pagina* presente *cancell.*

d. Azone Vicecomite,
d. Johanne Angelo de Florentia.

D. Johanne Symonecta
d. Bartholomeo Calcho } secretariis.
d. Johanne Jacobo Symonecta

5

Lecta fuit per d. Johannem Jacobum Symonectam quedam minuta, quam habet scribere magnificus Hieronymus Morelli, orator florentinus, ad magnificum Laurentium[a] in facto pacis[b] generalis faciende. In qua minuta est capitulum quod magnificus Laurentius[c] promittat regi Ferdinando quod infra annum renovabitur liga inter eius Maiestatem, illustrissimos dominos Duces Mediolani et excelsam Comunitatem Florentie, que fuit contracta inter eos omnes de anno 1470. Et ita sunt contenti prefati illustrissimi d. Duces Mediolani. 10

Omnes suprascripti Senatores, vocati per[d] d.[d] Cichum[d], dixerunt singulariter eorum vota, videlicet quod videtur eis ex necessitate id debere fieri[e] et quod Laurentius potest[f] promittere[f] Duces Mediolani sint contenti cum intentione in tempore exequendum etc. 15

Eodem die, circa XVIIII° horam, predicti omnes suprascripti, vocati adierunt illustrissimam Dominam nostram, cuius Excellentie magnificus d. Cichus explicavit ea que relata fuerant nomine magnifici Laurentii de Medicis, tam per magnificum Hieronymum Morelli, oratorem florentinum, quam per d. Johannem Angelum de Florentia circa hunc tractatum pacis generalis et promissionem faciendam secrete per ipsum Laurentium regi Ferdinando, ut supra, videlicet, quod necessarium erat Florentinis devenire ad eam pacem[g], qualem poterant habere ratione impossibilitatis, que causata erat a crudeli et extrema peste, que est Florentie; et, item, ab oneribus que patiuntur per hoc presens bellum[h] contadini, etc. Postmodum fecit legere per d. Jacobum, filium suum, suprascriptam minutam litterarum scribendarum per dictum magnificum Hieronymum, oratorem florentinum, prefato Laurentio, que approbata fuit ad unguem a prefata illustrissima Domina nostra et eius Excellentia consensit quo ad etiam ad promissionem secrete faciendam[i], et ita ab omnibus[k] suprascriptis Senatoribus, qui unanimiter dixerunt[l] hanc pacem generalem esse faciendam et promissionem secrete faciendam; et cum illustrissima Domina nostra diceret quod melius et abilius hic Status posset se tueri ab uno latere quam a pluribus, magnificus d. Petrus Franciscus Vicecomes dixit quod non erat dubitandum de Venetis et, maxime, quia in hoc Dominio nullus erat qui non odio haberet Venetos, etc. 20 25 30 35

[a] *Corr.* u *su* o. [b] *Segue* faciende *cancell.* [c] *Corr. su* Laurentium. [d] *Agg. nell'interlineo.* [e] *Nell'interlineo sopra* facere *cancell.* [f] *Nell'interlineo sopra* promittat; potest *è preceduto da* debet *cancell.* [g] *Segue* pace *cancell.* [h] *Segue* eo *cancell.* [i] *Da* et eius *agg. nell'interlineo*; [k] *Segue* sing *cancell.* [l] *Segue* ita *cancell.*

SPOGLIO SISTEMATICO

SECONDO LO SCHEMA DI CLASSIFICAZIONE DEGLI *ACTA ITALICA*

B (AMMINISTRAZIONE CENTRALE).

I (GENERALE) I 3, 4, 7, 8, 9, 10, 12, 13, 14, 16, 17, 18, 19, 20, 21, 22, 23, 24, 25, 26, 27, 28, 29, 30, 31, 32, 33, 34, 35, 36, 37, 38, 39, 40, 41, 42, 43, 44, 45, 46, 47, 48, 49, 50, 52, 53, 54, 55, 56, 57, 58, 59, 60, 61, 63, 84, 90, 98, 101, 103, 104, 105, 112, 115, 116, 117, 118, 119, 144, 156, 160, 163, 168, 169, 170, 175, 189, 190, 192, 193, 194, 195, 198, 199, 200, 201, 207, 208, 213, 214, 216, 218, 219, 223, 224, 229, 230, 231, 232, 233, 235, 240, 245, 246, 248, 250, 251, 252, 253, 254, 255, 256, 258, 259, 260, 263, 264, 265, 268, 272, 273, 274, 275, 276, 281, 283, 285, 286, 287, 288, 290, 291, 293, 294, 295, 297, 303, 304, 305; II 17, 18, 19, 20, 21, 22, 24, 26, 29, 30, 31, 32, 33, 34, 35, 36, 37, 38, 40, 41, 42, 43, 48, 50, 53, 54, 55, 56, 57, 58, 59, 61, 62, 63, 64, 66, 68, 69, 70, 71, 74, 75, 76, 77, 79, 82, 83, 84, 86, 87, 88, 89, 90, 92, 94, 95, 96, 97, 98, 99, 100, 101, 103, 104, 105, 107, 109, 110, 111, 112, 115, 116, 117, 118, 119, 122, 124, 126, 127, 129, 130, 131, 132, 133, 135, 136, 137, 138, 141, 142, 143, 145, 147, 148, 149, 150, 151, 152, 153, 154, 155, 158, 159, 160, 162, 164, 166, 167, 169, 170, 171, 172, 173, 175, 177, 180, 181, 182, 183, 185, 186, 187, 188, 189, 192, 194, 195, 196, 197, 198, 200, 201, 203, 204, 205, 207, 208, 211, 212, 213, 214, 215, 216, 218, 219, 220, 221, 222, 223, 224, 225, 226, 227, 228, 229, 230, 231, 232, 233, 234, 236, 237, 238, 240, 241, 242, 243, 244, 245, 246, 247, 249, 250, 251, 252, 253, 254, 255, 256, 257, 259, 260, 261, 262, 263, 264, 265, 266, 267, 268, 269, 270, 271, 274, 276, 277, 279, 280, 281, 282, 283, 285, 286, 287, 288, 289, 290, 291, 292, 293, 294, 295, 296, 297, 298, 301, 302, 303, 304, 305, 306, 309, 310, 311, 312, 314, 315, 316, 317, 319, 320, 321, 322, 323, 324, 325, 326, 327, 329, 331, 332, 333, 335, 336, 338, 339, 340, 341, 342, 343, 344, 345, 346,

348, 349, 350, 351, 352, 353, 355, 357, 359, 360; III 15, 18, 19, 23, 24, 25, 26, 27, 28, 29, 30, 32, 33, 34, 36, 37, 38, 39, 40, 42, 43, 45, 46, 47, 48, 49, 50, 51, 53, 54, 55, 56, 57, 58, 59, 60, 62, 63, 65, 66, 68, 69, 70, 71, 73, 74, 75, 76, 77, 78, 79, 80, 81, 82, 84, 85, 86, 87, 89, 91, 92, 93, 94, 95, 96, 98, 100, 101, 103, 104, 105, 106, 108, 109, 110, 111, 113, 115, 116, 117, 118, 119, 120, 121, 122, 126, 127, 128, 129, 131, 132, 133, 137, 138, 140, 143, 144, 146, 148, 149, 150, 151, 152, 153, 156, 157, 159, 160, 161, 162, 163, 164, 165, 167, 168, 169, 170, 171, 172, 174, 175, 176, 177, 178, 179, 180, 181, 182, 183, 184, 186, 188, 190, 192, 193, 194, 196, 200, 201, 203, 204, 205, 206, 207, 209, 210, 211, 213, 214, 215, 219, 220, 222, 223, 227, 228, 230, 233, 235, 236, 238, 239, 240, 242, 244, 245, 246, 247, 250, 251, 252, 254, 255, 257, 261, 262, 263, 264, 265, 266.

II (PARTICOLARE):

a (Personale) I 8, 10, 11, 13, 15, 17, 18, 20, 21, 24, 25, 26, 27, 28, 29, 30, 31, 32, 33, 35, 36, 37, 38, 39, 40, 41, 42, 45, 46, 47, 48, 49, 50, 51, 52, 53, 54, 55, 56, 57, 58, 59, 61, 62, 63, 64, 65, 78, 80, 83, 84, 85, 88, 94, 95, 96, 98, 115, 116, 121, 122, 125, 130, 136, 138, 151, 152, 156, 157, 158, 159, 162, 167, 169, 170, 171, 173, 177, 180, 186, 189, 193, 197, 198, 205, 207, 212, 213, 214, 215, 219, 220, 221, 224, 225, 233, 234, 235, 241, 247, 266, 269, 272, 275, 281, 282, 285, 286, 288, 290, 291, 294, 303, 305; II 20, 21, 24, 30, 32, 37, 46, 51, 56, 57, 58, 59, 62, 65, 85, 86, 96, 97, 99, 108, 109, 110, 115, 117, 121, 125, 131, 132, 133, 134, 139, 140, 148, 151, 163, 166, 167, 177, 180, 187, 188, 199, 205, 212, 227, 230, 238, 244, 269, 275, 288, 293, 295, 306, 307, 324, 325, 336, 339, 347, 350, 351, 352, 353, 359; III 15, 18, 19, 25, 32, 35, 38, 45, 76, 84, 89, 99, 108, 146, 149, 179, 246, 260.

c (Sicurezza e Ordine pubblico) I 14, 15, 17, 21, 22, 25, 26, 27, 28, 29, 34, 46, 51, 52, 53, 54, 55, 56, 58, 62, 65, 68, 69, 70, 75, 76, 77, 81, 83, 84, 86, 88, 90, 91, 97, 99, 102, 103, 109, 110, 111, 114, 122, 124, 125, 127, 129, 130, 136, 138, 139, 140, 144, 146, 147, 148, 150, 151, 152, 159, 160, 162, 166, 167, 170, 171, 174, 175, 176, 177, 180, 181, 188, 189, 196, 197, 198, 204, 205, 210, 215, 221, 223, 227, 237, 242, 243, 245, 258, 260, 263, 265, 267, 268, 273, 281, 282, 284, 287, 292, 293, 295, 297, 298, 299; II 22, 25, 33, 36, 39, 41, 42, 44, 45, 49, 52, 55, 57, 58, 60, 62, 63, 65, 66, 67, 68, 71, 74, 76, 79, 82, 84, 87, 90, 91, 92, 94, 95, 96, 97, 99, 100, 101, 102, 103, 105, 106, 108, 112, 120, 121, 122, 124, 126, 127, 129, 130, 138, 139, 140, 144, 146, 147, 152, 153, 156, 158,

159, 161, 162, 164, 166, 176, 178, 179, 182, 191, 195, 196, 198, 207, 209, 210, 211, 212, 220, 222, 225, 227, 228, 231, 236, 245, 247, 250, 251, 254, 257, 259, 260, 273, 275, 278, 279, 280, 288, 290, 296, 297, 298, 299, 304, 310, 311, 323, 327, 328, 334, 335; III 34, 37, 39, 42, 44, 52, 58, 68, 76, 80, 84, 90, 91, 96, 137, 138. 143, 146, 148, 150, 152, 158, 161, 163, 168, 169, 170, 172, 174, 175, 178, 185, 186, 188, 189, 190, 197, 199, 200, 205, 206, 211, 212, 218, 219, 227, 230, 231, 233, 238, 243, 248, 255, 256, 257.

d (Acque e Navigazione interna) I 105, 227, 280, 284, 285, 296, 299; II 26, 45, 48, 50, 51, 100, 117, 130, 133, 176, 202, 210; III 19, 74, 165, 190.

e (Porti e Navigazione marittima) II 43.

f (Comunicazioni terrestri e Urbanistica) II 32, 40, 74, 301, 307; III 93, 119.

h (Sanità) I 23, 52, 58, 59, 108, 185, 198, 225, 228; II 56, 57, 103, 128, 129, 132, 162, 170, 176, 202, 290, 295, 303, 307, 310, 323, 349; III 18, 19, 126, 158, 167, 209, 219.

i (Assistenza elemosiniera e Beneficenza) I 23, 52, 77, 83, 128, 161, 187, 200, 212, 213, 229, 258, 259; II 55, 103, 114, 120, 147, 175, 248, 303; III, 195, 209, 225.

l (Annona) I 139, 155, 157, 159, 160, 163, 196, 258; II 27, 108, 121, 137, 152, 185, 203, 303, 344, 346; III 89.

m (Caccia e Pesca) I 197, 201.

n (Agricoltura, Foreste e Bonifiche) I 28, 35, 42, 67, 126, 138, 227, 244; II 32, 143, 144, 149, 198, 202, 260, 336; III 24, 66, 108, 111, 124, 142, 144, 157, 176, 181, 222, 258.

o (Industria, Artigianato, Cave e Miniere) I 60, 180, 195, 198; II 57, 254, 325, 348; III 66, 81, 146.

p (Commercio, Fiere e Mercati) I 69, 76, 93, 98, 132, 133, 156, 179, 225, 271, 272, 273, 278, 295, 296; II 26, 32, 45, 63, 81, 95, 102, 113, 122, 141, 146, 148, 156, 158, 160, 169, 179, 224, 235, 271, 277, 299, 304, 351; III 92, 103, 204, 210, 231, 241.

q (Pubblica Istruzione) I 152, 213, 235, 241; II 133, 226, 254, 283, 292, 293, 305, 328; III 76, 91, 178, 189, 191, 208.

r (Culto) I 26, 59, 64, 86, 88, 94, 99, 106, 113, 123, 139, 142, 150, 152, 153, 158, 162, 168, 171, 174, 175, 176, 179, 182, 186, 192, 194, 200, 205, 213, 216, 218, 226, 227, 229, 234, 241, 274, 288, 289, 293, 295; II 28, 30, 39, 48, 50, 55, 56, 67, 74, 80, 88, 89, 90, 93, 103, 104, 105, 115, 134, 135, 138, 144, 145, 147, 149, 161, 163, 164, 165, 168, 169, 171, 172, 181, 182, 188, 202, 211, 214, 226, 227, 237, 247, 248, 255, 266, 269, 270, 271, 279, 281, 286, 288, 290, 295, 299, 307, 309, 313, 332, 333, 334, 358; III 38, 39, 40, 66,

167, 170, 171, 172, 173, 177, 179, 180, 185, 187, 191, 203, 206, 207, 208, 213, 214, 216, 218, 224, 228, 231, 232, 234, 235, 236, 238, 239, 246, 247, 248, 250, 251, 252, 253, 254, 255, 256, 257, 258, 261, 262, 272, 273, 275, 276, 279, 282, 283, 285, 286, 287, 288, 289, 290, 292, 294, 296, 297, 299, 304; II 17, 18, 20, 21, 22, 24, 29, 31, 34, 37, 38, 40, 41, 42, 43, 44, 45, 47, 48, 49, 51, 53, 54, 56, 58, 59, 60, 62, 63, 64, 65, 66, 67, 68, 69, 70, 71, 73, 75, 80, 85, 86, 89, 90, 92, 94, 96, 98, 105, 106, 107, 110, 111, 112, 115, 116, 117, 118, 119, 120, 123, 124, 126, 127, 128, 129, 131, 132, 133, 135, 139, 140, 143, 146, 148, 151, 152, 154, 155, 157, 158, 160, 161, 164, 165, 166, 167, 168, 169, 170, 171, 172, 173, 174, 175, 177, 178, 179, 180, 181, 182, 183, 184, 185, 186, 187, 189, 190, 192, 193, 195, 196, 197, 198, 199, 201, 203, 204, 208, 209, 210, 212, 213, 216, 217, 218, 219, 221, 222, 223, 224, 225, 228, 229, 230, 232, 233, 234, 236, 237, 239, 240, 241, 242, 243, 244, 245, 250, 252, 253, 255, 256, 257, 258, 259, 260, 261, 262, 266, 267, 268, 269, 273, 277, 278, 280, 286, 287, 292, 301, 305, 306, 307, 308, 309, 311, 312, 313, 317, 318, 319, 320, 321, 322, 326, 327, 328, 329, 330, 331, 333, 339, 340, 341, 342, 343, 344, 345, 346, 347, 349, 350, 351, 353, 354, 355, 356, 357, 358, 359; III 17, 18, 23, 25, 26, 27, 28, 30, 31, 32, 39, 41, 42, 43, 44, 45, 47, 48, 49, 50, 51, 53, 54, 55, 56, 57, 58, 60, 61, 62, 63, 64, 65, 66, 67, 68, 69, 70, 71, 72, 73, 74, 75, 76, 77, 78, 79, 80, 81, 82, 83, 84, 86, 88, 89, 91, 92, 95, 98, 99, 100, 101, 102, 104, 105, 106, 108, 112, 117, 118, 126, 127, 132, 136, 139, 141, 142, 143, 144, 145, 146, 147, 149, 151, 152, 154, 155, 156, 157, 159, 160, 161, 162, 167, 168, 169, 170, 173, 174, 175, 177, 180, 181, 182, 189, 193, 194, 195, 201, 204, 207, 212, 223, 227, 228, 230, 233, 235, 242, 245, 248, 249, 251, 256, 257, 260, 262, 265.

III (FINANZIARIA):

a (Patrimonio, Demanio e ‹regalia›) I 23, 44, 83, 86, 94, 98, 118, 119, 130, 162, 175, 186, 204, 213, 226, 266; II 38, 42, 51, 53, 60, 68, 72, 90, 94, 117, 127, 136, 137, 144, 145, 147, 154, 155, 159, 163, 167, 171, 174, 204, 245, 259, 283, 289, 290; III 27, 43, 53, 58.

c (Imposte) I, 17, 18, 22, 26, 27, 29, 31, 32, 36, 39, 42, 44, 45, 56, 62, 63, 66, 69, 70, 83, 86, 88, 89, 90, 91, 95, 96, 97, 98, 99, 102, 103, 106, 108, 114, 122, 123, 125, 126, 130, 131, 132, 133, 134, 136, 137, 140, 141, 142, 143, 146, 149, 153, 154, 155, 159, 160, 162, 163, 164, 166, 172, 173, 177, 180, 182, 184, 187, 188, 190, 194, 203, 204, 205, 207, 210, 211, 213, 214, 215, 217, 219, 221, 223, 225, 226, 227, 228, 232, 238, 239, 241, 242, 247, 249, 264, 265, 270,

272, 273, 274, 275, 279, 280, 284, 285, 286, 289, 290, 291, 294, 295, 296, 297, 299; II 17, 19, 20, 21, 23, 26, 27, 28, 29, 30, 31, 32, 33, 34, 38, 39, 42, 45, 48, 51, 55, 61, 62, 67, 71, 72, 73, 74, 75, 76, 78, 79, 80, 81, 85, 86, 87, 88, 90, 94, 96, 97, 100, 101, 102, 103, 104, 105, 106, 108, 109, 110, 111, 112, 113, 114, 115, 117, 119, 120, 121, 122, 127, 128, 129, 132, 133, 134, 135, 137, 139, 141, 144, 146, 147, 148, 153, 154, 155, 156, 158, 160, 162, 165, 170, 171, 172, 174, 175, 176, 179, 181, 183, 196, 198, 199, 200, 202, 203, 204, 206, 209, 210, 211, 213, 214, 215, 217, 219, 220, 221, 222, 224, 235, 236, 246, 247, 248, 249, 250, 253, 261, 262, 264, 265, 266, 267, 268, 269, 272, 273, 276, 279, 283, 285, 292, 294, 298, 301, 302, 304, 308, 313, 314, 324, 328, 333, 337, 346, 347, 349, 351, 355, 356, 359, 360; III 16, 24, 25, 26, 27, 40, 45, 47, 48, 51, 52, 56, 60, 68, 69, 74, 76, 83, 87, 88, 89, 93, 95, 96, 97, 100, 101, 103, 104, 105, 106, 107, 111, 117, 119, 122, 124, 126, 128, 129, 132, 134, 135, 137, 139, 140, 141, 144, 146, 155, 160, 163, 164, 167, 169, 171, 172, 176, 178, 182, 186, 189, 190, 195, 196, 200, 201, 202, 206, 208, 209, 210, 215, 222, 224, 225, 226, 232, 233, 241, 244, 245, 246, 247, 250, 256, 257, 261.

e (Moneta) I 43; II 60, 144, 166, 276, 289; III 237.

f (Tesoreria e Ragioneria) I 40, 41, 42, 49, 69, 88, 89, 100, 133, 137, 138, 180, 210, 219, 226, 232, 233, 243, 267, 277, 278, 284, 286, 288, 305; II 22, 32, 111, 129, 164, 199, 215, 227, 246, 253, 255, 271, 338; III 43, 53, 56, 57, 68, 83, 97, 101, 132, 140, 156, 167, 177, 202, 222, 241.

C (AMMINISTRAZIONE PERIFERICA).

I (TUTELARE) I 15, 71, 117, 143, 159, 174, 175, 178, 182, 226, 237, 288, 292, 296; II 48, 61, 62, 65, 87, 103, 106, 117, 125, 129, 132, 158, 190, 205, 217, 242, 243, 294, 306, 309, 338, 343, 344, 351; III 48, 58, 68, 80, 118, 140, 142, 173, 207, 240.

II (DIRETTA):

a (Personale) I 15, 21, 22, 23, 25, 26, 28, 31, 33, 34, 38, 41, 42, 44, 45, 46, 51, 53, 56, 57, 59, 60, 61, 63, 66, 70, 72, 76, 80, 85, 86, 99, 100, 108, 109, 111, 113, 117, 120, 122, 124, 125, 126, 128, 130, 132, 134, 136, 139, 140, 141, 144, 146, 155, 156, 157, 158, 159, 161, 162, 163, 164, 166, 167, 168, 169, 170, 172, 174, 175, 176, 182, 185, 187, 196, 199, 200, 202, 210, 211, 212, 218, 221, 225, 229, 230, 231, 232, 233, 238, 239, 241, 242, 243, 244, 249, 257, 258, 267, 277, 279, 280, 281, 282, 289, 296; II 18, 20, 21, 23, 26,

28, 32, 33, 40, 41, 43, 44, 45, 46, 48, 49, 51, 54, 56, 58, 59, 63, 64, 65, 66, 67, 70, 74, 75, 76, 77, 78, 79, 80, 81, 84, 86, 87, 88, 89, 90, 91, 93, 94, 99, 100, 101, 103, 104, 105, 106, 107, 109, 110, 111, 112, 114, 115, 118, 120, 121, 123, 124, 125, 127, 128, 129, 130, 132, 136, 137, 138, 141, 143, 144, 145, 146, 151, 152, 153, 156, 157, 158, 159, 160, 161, 162, 163, 164, 165, 166, 169, 170, 171, 172, 173, 175, 177, 178, 179, 182, 183, 185, 186, 188, 189, 190, 191, 198, 199, 200, 202, 203, 204, 205, 206, 208, 211, 212, 214, 216, 219, 224, 226, 228, 232, 234, 235, 236, 237, 238, 239, 240, 241, 243, 244, 245, 246, 247, 249, 250, 253, 256, 257, 259, 261, 263, 265, 268, 273, 279, 280, 281, 282, 283, 286, 287, 288, 294, 295, 300, 301, 304, 305, 307, 308, 309, 310, 314, 317, 327, 333, 338, 339, 348, 349, 358, 360; III 15, 16, 19, 20, 23, 26, 29, 30, 35, 37, 40, 41, 42, 43, 44, 45, 48, 53, 56, 58, 60, 62, 63, 64, 67, 68, 69, 75, 81, 84, 87, 91, 93, 96, 99, 100, 103, 105, 106, 108, 111, 113, 116, 118, 119, 123, 127, 131, 134, 136, 137, 138, 141, 145, 147, 148, 154, 156, 161, 166, 168, 169, 179, 180, 181, 184, 185, 191, 193, 194, 197, 199, 200, 201, 211, 216, 218, 219, 221, 224, 226, 234, 238, 242, 247, 254, 256, 260.

c (Sicurezza e Ordine pubblico) I 22, 29, 45, 54, 76, 108, 150, 164, 175, 182, 188, 189, 212, 216, 239, 263, 265, 268, 269, 279, 283, 297, 298, 299; II 18, 19, 21, 23, 25, 26, 28, 34, 41, 44, 45, 55, 56, 57, 58, 60, 62, 63, 67, 74, 75, 85, 87, 90, 92, 93, 95, 96, 103, 104, 109, 111, 113, 114, 120, 121, 127, 129, 136, 138, 139, 140, 141, 143, 146, 148, 149, 152, 157, 158, 161, 169, 171, 175, 181, 189, 190, 196, 199, 201, 203, 205, 210, 212, 213, 236, 246, 256, 258, 259, 264, 267, 270, 273, 277, 279, 281, 291, 336, 338, 355; III 16, 19, 36, 56, 60, 62, 67, 70, 75, 84, 99, 101, 105, 106, 111, 117, 125, 133, 143, 144, 148, 150, 152, 171, 173, 182, 197, 205, 207, 219, 224, 228, 230, 232, 235, 237, 246, 253, 255, 256, 260.

d (Acque e Navigazione interna) I 45, 78, 143, 164, 216, 244; II 55, 74, 87, 100, 125, 129, 178, 204, 253, 286, 294, 301, 308; III 40, 133, 165, 202, 215.

f (Comunicazioni terrestri e Urbanistica) II 307; III 56, 62, 93.

h (Sanità) II 129, 203, 235, 303, 310; III 63, 126, 209.

l (Annona) I 210, 289; II 46, 303, 337, 344; III 40, 55.

n (Agricoltura, Foreste e Bonifiche) III 24, 104, 142, 176, 190.

t (Organizzazione militare) I 3, 16, 17, 18, 23, 32, 33, 34, 36, 41, 45, 46, 47, 51, 60, 64, 65, 66, 67, 78, 95, 96, 106, 155, 156, 157, 161, 169, 171, 176, 182, 192, 200, 203, 204, 229, 267, 273, 279, 280, 288, 303; II 42, 43, 51, 56, 60, 63, 71, 74, 75, 76, 81, 87, 90, 93, 94, 99, 102, 104, 126, 127, 128, 129, 133, 135, 136, 137, 139, 140,

143, 144, 148, 152, 157, 158, 159, 160, 161, 162, 165, 166, 168, 169, 171, 172, 173, 175, 178, 181, 182, 183, 186, 195, 197, 199, 200, 202, 203, 204, 205, 206, 212, 214, 222, 224, 226, 228, 236, 239, 243, 244, 245, 247, 253, 254, 255, 256, 257, 258, 261, 265, 266, 272, 273, 279, 280, 281, 282, 283, 286, 293, 294, 295, 296, 297, 298, 300, 301, 302, 303, 304, 306, 307, 308, 312, 313, 314, 323, 325, 327, 328, 329, 330, 331, 334, 335, 337, 338, 339, 340, 343, 344, 345, 348, 349, 353; III 16, 17, 19, 20, 21, 22, 23, 25, 26, 29, 33, 35, 36, 37, 39, 40, 41, 43, 44, 45, 46, 47, 48, 49, 50, 52, 56, 58, 59, 60, 61, 63, 67, 69, 75, 76, 77, 80, 82, 84, 88, 89, 92, 93, 94, 99, 100, 102, 103, 105, 108, 109, 110, 111, 113, 118, 119, 123, 124, 125, 127, 130, 132, 133, 134, 136, 141, 144, 145, 147, 153, 154, 155, 160, 163, 165, 167, 168, 170, 171, 174, 176, 178, 179, 180, 182, 184, 185, 186, 187, 190, 191, 195, 198, 199, 200, 201, 202, 207, 208, 209, 211, 212, 214, 215, 217, 221, 222, 224, 226, 228, 229, 233, 234, 238, 243, 246, 256.

b (Metropoli) I 8, 17, 20, 52, 54, 83, 96, 159, 174, 176, 210, 216, 223, 234, 282, 287, 288; II 53, 65, 102, 109, 124, 127, 134, 147, 160, 181, 188, 190, 242, 258, 264, 266, 267, 290, 291, 292, 296, 299, 307, 323, 349; III 30, 31, 36, 46, 66, 73, 86, 112, 121, 123, 125, 126, 130, 138, 140, 160, 171, 172, 173, 192, 200, 206, 207, 216, 220, 221, 229, 233, 244, 246, 253, 259, 260.

II (CORPORAZIONI PERSONALI) I 38, 39, 133, 169, 190, 191, 211, 231, 265, 273, 279, 283, 285, 291; II 25, 28, 29, 32, 48, 58, 65, 82, 93, 94, 97, 100, 104, 105, 113, 134, 137, 138, 146, 158, 160, 174, 175, 182, 191, 225, 261, 272, 277, 281, 288, 299, 303, 304, 308, 325, 332, 351; III 19, 20, 21, 22, 23, 36, 40, 52, 122, 204, 206, 211, 214, 222, 224, 231, 234, 235, 253.

III (FONDAZIONI):

b (Assistenza elemosiniera e Beneficenza) I 52, 185, 191; II 188, 199, 203, 261, 270; III 217, 224, 225, 229, 257.

d (Diverse) I 190, 191, 212; II 127, 144.

ERRATUM

Tomo Primo

pag.	riga	invece di:	si legga:
107	17	Castiolioni	Castilioni
149	34n	cfr. n. 46	cfr. n. 66
235	35n	Giovanni Botta	Giacomo Botta
254	30	Ambaxator ia li	Ambaxatori a li

Tomo Secondo

pag.	riga	invece di :	si legga:
23	2	ut intellligat,	ut intelligat,
64		[spostare di due unità la numerazione delle righe]	
123	31	Angeli Pullaroli gibi,	Angeli Pullaroli Giu,
134	35n	cfr. n. 18.	cfr. n. 38.
174	33n	Nel 1941	Nel 1491
185	35	riga 35	riga 34
206	18	Rico, Spalla,	Rico Spalla,
208		[spostare di una unità la numerazione delle righe]	
235	27	Orpheo de Landriano.	Orpheo de Richavo.
244	20	Dominan	Dominam
261	20	Vallis Turri,	Vallis Tarri,
268	22	Domationem	Dominationem
306	5	de Foliano	de Folianum
336	11	Vallis Telline	Vallis Telline nel testo mss
338	7	Vallis Saxine	Vallis Saxine nel testo mss
338	13	de Foliano	de Folianum

INDICI

INDICE ANALITICO

DEI NOMI DI PERSONA, DEI TOPONIMI E DELLE ISTITUZIONI

I numeri in corpo maggiore si riferiscono alle pagine;
i numeri in corpo minore alle righe.

INDICE SOMMARIO

TAVOLE FUORI TESTO